

**S. EPIPHANIUS Episcopus (ca 315 † 403)**

**PANARION SIVE ADVERSUS HAERESES (373-377)**

- 686 Lib. I, Tom. II, Haeres. XXVI, X. [...] Καὶ Χριστὸν τοῦτον τὸν κατελθόντα, καὶ δεῖξαντα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην τὴν γνῶσιν, ὃν καὶ Ἰησοῦν φασι· μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον· σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ’ ἡ μόνον δόκησιν εἶναι.
- PG 41, 345
- 687 Haeres. XXVII,<sup>1</sup> VIII. Παντὶ δὲ τῷ τὸν νοῦν ἐδρῶμένον ἔχοντι ιστέον ἀν εἴη, ὅτι ἀνοίας ἐστὶ τὸ πᾶν τοῦτο ἀγυρτῶδες ἐργαστήριον. Καταισχυνθήσονται δὲ αὖθις οὗτοι καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων. Εἰ γὰρ Ἰησοῦς οὐκ ἀπὸ παρθένου Μαρίας, ἀλλὰ ἐκ σπέρματος Ἰωσῆφ καὶ τῆς αὐτῆς Μαρίας, σώζεται δὲ οὗτος· ἄρα καὶ αὐτοὶ σωθήσονται οἱ τοῦτον γεγεννηκότες. Καὶ εἰ ἡ Μαρία καὶ Ἰωσῆφ ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ὑπάρχουσιν, ἄρα τὸν Δημιουργὸν κτίστην ἔφασαν, καὶ οὐκέτι ἐν ὑστερήματι ἔσται ὁ τὸν Ἰωσῆφ καὶ τὴν Μαρίαν ποιήσας ἐξ ὃν ὁ Ἰησοῦς παρὰ τοῦ ἀνω ἀγνώστου Πατρὸς ὑπάρχει.
- PG 41, 377
- 688 Haeres. XXVIII, I. Κήρινθος δὲ αὖθις, ἀφ' οὗπερ οἱ Κηρινθιανοὶ λεγόμενοι, ἀπὸ ταύτης τῆς θηριώδους σπορᾶς τὸν ἵὸν τῷ κόσμῳ φέρων ἥκει.
- PG 41, 377
- 
- 686 Lib. I, Tom. II, Haeres. XXVI, X. [...] Gnostici] vero Christum, ibidem ipsum collocant, qui de coelo descendit, et eiusmodi cognitionem humano generi contulit, quem etiam appellatum fuisse Iesum praedicant. Verum eundem negant de Maria natum, sed per Mariam ostensum asserunt; neque carnem aliter quam specie ipsa suscepisse.
- PG 41, 346
- 687 Haeres. XXVII,<sup>1</sup> VIII. Ac quicunque firmo et constanti ingenio praeditus est, intelligere istud debet, nihil esse tota hac circulatorum officina stultius. Quos quidem suis ipsorum verbis ignominiose convincere hoc modo possumus. Etenim si Iesus Christus non de virginе Maria natus, sed de Iosephi semine, eademque Maria propagatus est, et is salutem adipisciatur, etiam illos qui ipsum genuerint esse salvos oportet. Qui si a summo illo opifice facti sunt, sane hunc esse Creatorem inter illos convenit, neque qui Iosephum Mariamque condidit defectui amplius ascribetur, a quibus Iesus ortus est, qui ab ignoto illo Parente profectus est.
- PG 41, 378
- 688 Haeres. XXVIII, I. Sequitur Cerinthus, a quo Cerinthiani haeretici nominantur, qui eodem ex ferino satu procreatus virus sunum
- PG 41, 378

<sup>1</sup> Carpocrasii.

Σγεδὸν δὲ οὐδὲν ἔτερον παρὰ τὸν προειρημένον Καρποκρᾶν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τῷ κόσμῳ κακοποιὰ φάρμακα ἐκβλυστάνει. Τὰ ἵσα γάρ τῷ προειρημένῳ εἰς τὸν Χριστιανὸν συκοφαντήσας, ἐξηγεῖται καὶ οὗτος ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι, καὶ τὸν κόσμον ὄμοιός ὑπὸ ἀγγέλων γεγεννῆσθαι. Οὐδὲν γάρ οὗτος παρὰ τὸν πρῶτον διήγλωξε τῇ εἰσαγωγῇ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἀλλ᾽ ἡ ἐν τούτῳ μόνον, ἐν τῷ προσέχειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀπὸ μέρους. Φάσκει δὲ οὗτος τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἔνα εἶναι τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων. Ἐγένετο δὲ οὗτος ὁ Κήρυκος ἐν τῇ Ἀσίᾳ διατρίβων, κακεῖσε τοῦ κηρύγματος τὴν \*ἀρχὴν πεποιημένος. Ἡδη δὲ περὶ τούτου εἴπομεν, ώς καὶ οὗτος ἐκήρυττεν οὐκ ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἀνωθεν δυνάμεως τὸν κόσμον γεγεννῆσθαι, ἀνωθεν δὲ ἐκ τοῦ ἀνω Θεοῦ, μετὰ τὸ ἀδρυνθῆναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγεννημένον, κατεληγεινθέναι τὸν Χριστὸν εἰς αὐτόν, τουτέστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ἀποκαλύψαι αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς μετ' αὐτοῦ τὸν ἄγνωστον Πατέρα.

<sup>PG 41, 385</sup> VII. Πανταχόθεν τοίνυν φωρατὸς ἢν εἴτη Κήρυκος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀπατηθέντες, οἱ τάλανες, καὶ ἄλλοις αἴτιοι γεγονότες ἀπωλείας, τῶν θείων Γραφῶν σαφῶς ἡμῖν κατὰ λεπτότητα περὶ πάντων διηγουμένων. Οὔτε γάρ ἐκ

689

in orbem terrarum profudit. Atque is nihil propemodum aliud, quam nobis supra commemoratus ille Carpoceras asseruit, eademque cum eo letalia in mundum venena propagavit. Siquidem pari in Christum calumnia censet, hunc e Maria Iosephique semine esse prognatum: mundumque similiter ab angelis fabricatum. Neque ulla alia re discrepantem ab illo doctrinam invexit, nisi quod Iudaicos etiam ritus adscivit. At idem legem ac prophetas ab angelis profectos asserit, eumque qui legem tulerit ex eorum angelorum esse numero a quibus orbis est conditus. Porro Cerinthus iste in Asia versatus doctrinam suam proferre isthic coepit. Qui, ut ante diximus, minime a prima illa \*supremaque virtute fabricatum esse mundum censuit. Tum ita docuit: postquam ille Jesus adolevit, qui ex Iosephi Mariaeque semine natus est, in hunc delapsum a summo illo Deo esse Christum, hoc est Spiritum sanctum, columbae specie ad Iordanem, ac tum ei incognitum Parentem, et per illum posteris patefecisse.

<sup>PG 41, 386</sup> VII. Quocirea deprehensus undique Cerinthus ac convictus tenetur, una cum iis, qui eodem in errore versantur, infelices homines atque eiusdem secum exitii aliis insuper auctores, quippe cum haec omnia sacrae litterae perspicue accurateque nobis edisserant: nam

689

σπέρματος Ἰωσήφ ὁ Χριστός· ἐπεὶ πῶς ἔτι σημεῖον εἴη τὸ γέννημα; καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαίᾳ εἰρημένον πῶς ἔτι συσταθήσεται, ὡς εἶπεν· «Αὐτὸς ὁ Κύριος δώσει ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν», καὶ τὰ ἔξης; Πῶς δὲ ἔτι πληρωθήσεται τὸ εἰρημένον παρὰ τῆς ἀγίας Παρθένου πρὸς τὸν Γαβριήλ· «Πῶς ἔσται τοῦτο, ὅτι ὄνδρα οὐ γινώσκω;» καὶ αὐτοῦ λέγοντος· «Πνεῦμα ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι», καὶ τὰ ἔξης; Πῶς δὲ πάλιν οὐκ ἐλεγχθήσεται αὐτῶν ἡ ἁνοια, τοῦ Εὐαγγελίου σαφῶς λέγοντος ὅτι· «Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα πρὶν ἡ συνελθεῖν αὐτούς;» Ἔστι δὲ γνῶναι σαφῶς, ὅτι οὐδὲ ὄλως συνῆλθον. Μὴ γένοιτο γάρ τοῦτο εἰπεῖν! Ἐπεὶ οὐκ ἀν μετὰ σταυρὸν προενόει παραθέσθαι αὐτὴν Ἰωάννη τῷ ἀγίῳ παρθένῳ, ὡς λέγει· «Ἴδε ἡ μήτηρ σου»· καὶ τῇ αὐτῇ· «Ἴδε ὁ υἱός σου». Ἔδει γάρ αὐτὸν παραδοῦναι αὐτὴν τοῖς αὐτῆς συγγενέσιν, ἢ τοῖς τέκνοις τοῦ Ἰωσήφ, εἰπερ ἥσαν ἔξ αὐτῆς, Ἰακώβῳ φημι καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδᾳ καὶ Συμεὼνι, υἱοῖς οὖσι τοῦ Ἰωσήφ ἀπὸ τῆς ἀλλης γυναικός. Οὐδὲ γάρ, ὅτι κέχρηται τῇ Παρθένῳ, ὄλως εὑρίσκεται, μετὰ τὸ γεγενηκέναι ἡ Παρθένος ἄχραντος.

neque de Iosephi semine natus est Christus: qui enim prodigium posset illius esse generatio, ac quod ab Isaia dictum est probari omnino posset: *Dominus ipse dabit vobis signum: Ecce virgo concipiet, et pariet filium,*<sup>1</sup> etc.? Quanam vero ratione perfici poterit illud, quod Gabrieli Virgo sanctissima dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*<sup>2</sup> Cui ille respondit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi,*<sup>3</sup> etc.? Nonne illorum ex eo stultitia facile convincitur, quod diserte in Evangelio scriptum est: *Inventa est in utero habens antequam convenienter?*<sup>4</sup> Illud autem certissimum est, nunquam illos omnino convenisse. Absit enim ut id unquam dicamus! Alioqui cum in cruce penderet, non sancto Ioanni, qui et ipse virginitatem servavit, matrem commendaret suam, cum ita locutus est: *Ecce mater tua.* Et illam alloquens: *Ecce filius tuus.*<sup>5</sup> Hanc enim vel cognatis suis committere oportuit, vel Iosephi liberis, si quos ex ipsa sustulerat, puta Iacobo, Iose, Iude, Simeoni, quos Iosephus alia ex uxore genuerat.<sup>6</sup> Neque enim illum cum Maria consueuisse ullo modo reperimus, posteaquam incorrupta illa et castissima Virgo peperit.

<sup>1</sup> Isa. VII, 14.

<sup>2</sup> Lc. I, 34.

<sup>3</sup> Lc. I, 35.

<sup>4</sup> Matth. I, 18.

<sup>5</sup> Io. XIX, 26-27.

<sup>6</sup> Epiphanius designat *apocryphum* Iacobi. Hieronymus definit haec, « deliramenta ». Vide n. 788 et n. 808.

<sup>PG  
41, 440</sup> Haeres. XXX, XX. [...] Ἐλλ' ἐπειδὴ ἐκ Μαρίας μέν ἔστι τὸ γέννημα, <sup>690</sup> ἀνωθεν δὲ ἦλθεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ πατρὸς μέν, ἀνωθεν γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν εύδοκήσας ἐν μήτρᾳ γενέσθαι Παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναπλάσαι εἰς ἑαυτὸν τὴν σάρκα. Διὰ τοῦτο, φησί, καὶ «"Ανθρωπος μέν ἔστι· τίς δὲ γνώσται αὐτόν»; ὅτι Θεὸς ἀνωθεν ἦλθεν, ὁ μονογενῆς Θεὸς Λόγος. Πολλὴ δὲ ταλαιπωρία τῶν πεπλανημένων, τῶν καταλειψάντων μὲν προφητῶν μαρτυρίας καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνασχομένων Ἐβίωνος τοῦ πεπλανημένου, τοῦ τὴν ἑαυτοῦ ἥδονὴν βουλομένου πληροῦν, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μεταχειριζομένου, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων ἤλλοτριωμένου. 'Ως δὲ μὲν Γαβριήλ, ὅτε τῇ Παρθένῳ εὐηγγελίζετο, αὐτῆς λεγούσης: «Πῶς ἔσται ταῦτα, ὅτι ἀνδρα oὐ γινώσκω»; τὸ ἀσφαλές ὑποτιθέμενος ἔφη: «Πνεῦμα Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Υἱοῦτοῦ ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἄγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ». Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸ «γεννώμενον», ἔδειξε μὲν τὴν σάρκα ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἄλλην ἐνανθρώπησιν, ἀνωθεν δὲ ἀπ' οὐρανῶν τὴν δύναμιν τοῦ Υἱοῦτοῦ, καὶ τὸ ἄγιον Πνεῦμα ἐπισκιάσαι τῇ ἄγιᾳ Παρθένῳ, καὶ ἀνωθεν

<sup>PG  
41, 439</sup> Haeres. XXX, XX. [...] Iam vero quoniam ita Mariae ille fetus exstitit, idem ut Dei Vérbum e coelo prodierit: neque virili de semine, sed coelesti patre genitus, sine tempore initioque ullo, postremis temporibus in uterus insinuare se Virginis, formatamque ex ea carnem induere voluit: propterea, *Homo quidem est*, ait, *sed quis cognoscet ipsum?*<sup>1</sup> Quandoquidem Deus e coelo descendit, unigenita Filius, ac Deus Verbum. Sed incredibilis quaedam est aberrantium a veritate istorum infelicitas, qui prophetarum, angelorumque testimoniis relictis ad haereticum Ebionem adhaerescere maluerunt, qui ex animi sui libidine iudaica instituta complexus sese tamen a iudeis abalienavit. Quippe Gabriel cum nuntium suum ad Virginem perferret, occurrente illa: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*<sup>2</sup> Quo securitati consuleret adiecit: *Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te: ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*<sup>3</sup> Ubi per haec verba, *quod nascetur*, ab ipsa carnem, et quidquid ad humanam naturam attinet duxisse significat: tum virtutem Altissimi, ac Spiritum sanctum e coelo sanctam Virginem obumbrasse; unigenamque Dei Filium ac Deum Verbum in terras delapsum, hominem esse factum, ac de

<sup>1</sup> Ier. XVII, 9.

<sup>2</sup> Le. I, 34.

<sup>3</sup> Le. I, 34, 35.

καταβεβηκέναι τὸν μονογενῆ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, καὶ ὡς ἐνηθρώπησε, καὶ ὡς ἀπ' αὐτῆς ἐν ἀληθείᾳ ἐγεννήθη. Πόσα δὲ ἄλλα ἔστι τοιαῦτα!

**691 XXVII.** Ἡμεῖς δὲ καὶ Θεὸν αὐτὸν λέγομεν ἀπ' οὐρανοῦ ἐλθόντα, καὶ ἐν μήτρᾳ Παρθένου Μαρίας τὸν χρόνον τῶν ἐγκυμονούμενων παίδων παραμεμνηκότα, ἔως τελείως ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας τὴν ἔνσαρκον ἐνανθρώπησιν ἔαυτῷ καὶ οἰκονομίαν οἰκονομήσῃ, ἐν ᾧ καὶ περιετμήθη ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει ἡμέρᾳ τῇ ὁγδόᾳ.

**692 XXX.** Ἐπιλείψει δέ μοι ὁ χρόνος διηγουμένων εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς ἔλεγχον τῆς ματαιοφροσύνης Ἐβίωνος, καὶ τοῦ αὐτοῦ παραπεποιημένου ματαιόφρονος διδασκαλείου. Πόθεν γάρ οὐ σαφὲς ἀν εἴη, ὅτι οὐ πατήρ ἦν Ἰωσήφ, ἀλλ' ἐν ταξεὶ πατρὸς ἐνομίζετο; «Ἴδού γάρ, φησίν, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται νίδν». Καὶ οὐκ εἰπεν· «Ἴδού ἡ γυνή». Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· «Καὶ τέξεται ἡ δάμαλις, καὶ ἐροῦσιν· Οὐ τέτοκεν». Ἐπειδὴ γάρ τινες τῶν Μανιχαίων καὶ Μαρκιωνιστῶν λέγουσιν αὐτὸν μὴ τετέχθαι, διὰ τοῦτο «τέξεται, καὶ ἐροῦσιν· Οὐ τέτοκεν»· ἐπειδὴ οὐ τέτοκεν ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος ἀνδρός. Καὶ οὗτοι μανέντες λέγουσι ψευδῶς ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς αὐτὴν γεγεννηκέναι. Γεγέννηκεν οὖν ἡ δάμαλις Θεόν, ἀνθρωπὸν ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ ὅτι μὲν δάμαλις ἡ Παρθένος καλεῖται, καὶ τὸ ταύτης λείψανον

beata Virgine revera procreatum. Quam multa sunt istiusmodi testimonia!

**691 XXVII.** At nos et Deum illum e coelo descendisse dicimus, et in Mariae Virginis utero legitimo tempore permansisse, quanto scilicet gestari caeteri infantium solent, donec ex illo Virginis utero profusus, perfecto iam hominis quod induerat corpore, susceptam a se salutis nostrae procreationem aggredi instituit.

**692 XXX.** Deficiet me tempus, si ad comprobandum veritatem, ac tam Ebionis, quam absurdissimae illius scholae refellendam amenitiam, pluribus disputare voluero. Quis enim facile non intelligit Iosephum minime illius parentem, sed parentis loco habitum fuisse? *Ecce enim, inquit, virgo concipiet, et pariet filium.*<sup>1</sup> Non dixit: *Ecce mulier.* Ac rursum alio loco: *Et pariet vitula, et dicent: Non peperit.* Nam cum Manichaeorum ac Marcionistarum quidam negent illum partu in lucem editum, ob id, *pariet, inquit, et dicent: Non peperit,* quoniam de viri semine Maria non peperit. At furiosi isti de viri semine falso illam peperisse dictitant. Igitur vitula hominem eumdem ac Deum vere illa quidem peperit; vitulae porro nomine Virginem nominari, eiusque reliquias ad eos qui impuri essent, expian-

<sup>1</sup> Isa. VII, 14.

καθαρισμὸς ἦν τῶν κεκοινωμένων, ἀκουε τοῦ νόμου λέγοντος· «Λάδε μοι δάμαλιν πυρόν»· ἵνα δείξῃ τὸ ἔκλεκτὸν σκεῦος τῆς Μαρίας, διὰ τὸ πυροειδὲς τῆς τοῦ Σωτῆρος θεότητος χωρίθεν ἐν τῇ Παρθένῳ. «Πῦρ γάρ ὁ Θεός, φησί, καταναλίσκον». Καὶ φησὶν ὁ νόμος· «δάμαλιν πυρόν, ἐφ' ἣ ζυγὸς οὐκ ἀναβέβηκεν ἐπὶ τὸν τράχηλον»· ἵνα δείξῃ τὴν Παρθένον δάμαλιν, μὴ γνοῦσαν ζυγὸν γάμου ἀνδρός. Ἀλλὰ τί μοι τὰ πλεῖστα διαλέγεσθαι; ὡς πάλιν Ἡσαΐας ἔφη ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου· διτι «Λάδε σοι τόμον χάρτου καινοῦ μεγάλου»· τόμον διὰ τὸ εἶναι μὲν τὴν Παρθένον ἐκ σπέρματος ἀνδρός, τετμῆσθαι δὲ ἀπὸ μιξεως ἀνδρῶν, καὶ τὸ τμηθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων κατὰ φύσιν συνηθείας. \* Πάντες γάρ ἀνθρώποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεννῶνται. Ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ γέννησις κατὰ φύσιν μὲν γυναικὸς Παρθένου Μαρίας τὴν ἐνανθρώπησιν ἔσχηκε, παρὰ φύσιν δὲ ἐτμήθη ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἀκολουθίας· ὡς καὶ Ἰηκὼν περὶ αὐτοῦ λέγει· «Ἐκ βλαστοῦ, οὐέ μου, ἀνέθης»· καὶ οὐκ εἶπεν· «Ἐκ σπέρματος ἀνέθης». Καὶ τούτου χάριν φησὶν ὁ ἄγιος Ἡσαΐας ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος αὐτῷ λέγει· «Λάδε σεαυτῷ νόμον χάρτου»· τὸ εἶδος τῆς συνηθείας σημαίνων, ἐν ᾧ τὰ πάντα γράφουσιν υἱὸι τῶν

\*460

dos adhiberi consuevisse, quemadmodum lex ipsa testetur, accipe: *Sume*, inquit, *vitulam rufam*.<sup>1</sup> Ut electum vas Mariae significaret, propter igneam in Salvatore vim divinitatis, quam virgo capiebat. *Deus enim*, inquit, *ignis consumens est*.<sup>2</sup> Ait igitur lex *vitulam rufam*, cuius collo nondum impositum est iugum,<sup>3</sup> ut Virginem illam esse vitulam significet, quae nuptiarum iugo cervicem nondum submisserit. Verum quid hic pluribus disputare necesse est? Aut illud ipsum commemorare, quod sub Domini persona dixit Isaias: *Accipe segmentum chartae recentis ac maioris?*<sup>4</sup> Ubi segmenti usus est vocabulo, quod etsi e virili semine propagata sit Virgo, eadem tamen sit ab humano concubitu naturalique \* hominum consuetudine velut secta. Universi quippe homines e virili semine gignuntur. At Christi generatio uti naturaliter ex muliere, Maria scilicet Virgine, naturam duxit humanam, ita praeter naturam ab originis humanae consuetudine resecta est: id quod Iacobus de eo pronuntiat his verbis: *Ex germine, fili mi, ascendisti*.<sup>5</sup> Non dixit: *E semine ascendisti*. Atque idecirco Isaias propheta, sive potius Isaiae Dominus hunc in modum locutus est: *Sume tibi chartae segmentum*. Quo quidem usitatum ho-

\*459

<sup>1</sup> Num. XIX, 2.<sup>2</sup> Hebr. XII, 29.<sup>3</sup> Num. XIX, 2.<sup>4</sup> Isa. VIII, 1.<sup>5</sup> Gen. XLIX, 4.

ἀνθρώπων, ὡς καὶ ἐν τῷ ἔκατοστῷ τριακοστῷ ὅγδοῳ ψαλμῷ λέγει· «Ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται, ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς». Βιβλίῳ γάρ ἀπείκασε τὴν μήτραν. Διὰ τοῦτο ὁ Δαΐδ λέγει· «Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὄφθαλμοί σου», τουτέστι· Σπαρέντα πρὶν ἀπεικονισθῆναι με· ἔγνως με· πρότερον, πρὶν τοῦ σπαρῆναι με.

- 693 XXXI.** Ο δὲ Ἐβραϊκὸς θαυμαστῶς τὸ ὥμημα σαφηνίζει. «Τὸ ἀκατέργαστον γάρ γολμὴ ἐκάλεσαν», διπερ ἐρμηνεύεται «χόνδρος, ἢ σεμιδάλεως κόκκος», δῆθεν τὸ μηδέπω εἰς ἄρτον συνελθόν καὶ φυραθέν, ἀλλ’ ὡς ἀπὸ κόκκου σίτου τμηθὲν χόνδρον ἢ χονδρίτης, ἢ λεπτὴ ψηφίς, ἤτις ἐν σεμιδάλεως γίνεται. Οὕτως τὸ ἰσότυπον τοῦ εἴδους τὸ τεμνόμενον ἐξ ἀνθρώπου εἰς τὴν σπορὰν ἀκριδολογῶν ἀπέδειξε, καὶ φησίν, εἰς Ἐλλάδα διάλεκτον ἐρμηνευομένου τοῦ λόγου, «Τὸ ἀκατέργαστον», τουτέστι τὸ ἀπλαστὸν ἔτι ἐν κοιλίᾳ, ἢ πρὸ κοιλίας «εἶδον οἱ ὄφθαλμοί σου». Οἶδε γάρ πάντα Θεὸς πρὶν γενέσθαι, ὡς γέγραπται. Πλὴν βιβλίον καὶ τόμος μήτρα ἐστὶν ἡ σημαίνομένη. Καὶ οὐκ εἶπε· Λάβε σεαυτῷ βιβλίον, ἢ Λάβε σεαυτῷ χάρτην, ἀλλὰ «τόμον», διὰ τὸ ίδιαζον παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν. «Χάρτου», διὰ τὸ γραφικὸν τῆς μήτρας. «Καινοῦ», διὰ τὸ καὶ νὸν τῆς Παρθένου, καὶ ἀχραντον. Μεγάλη γάρ ὡς ἀληθῶς Μαριὰμ ἡ ἀγία

PG  
41, 460

minibus scribendi morem ac rationem expressit: quo pertinet illud e psalmo CXXXVIII: *In libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, et nemo in eis.*<sup>1</sup> Nam cum libro uterum comparavit. Propterea: *Imperfectum*, ait, *meum viderunt oculi tui*:<sup>2</sup> hoc est, Proseminatum me antequam fingerer cognosti: imo etiam antequam proseminatus forem.

- 693 XXXI.** Sed hebraica vox expressius quiddam sonat. Pro eo enim quod legimus: *Imperfectum*, habent illi, *Golme*, quod idem est atque *alica*, sive *granum similae*, quod videlicet nondum in panem coaluit, ac subactum est, sed e contuso frumenti grano velut medulla quaedam crassior, ac minuti calculi instar est. Sic igitur ea voce idipsum quod in semine hominis inest simillimum accuratius exprimere voluit, cum dixit: *Imperfectum*, id est informe iam tum ex utero, imo ante uterum, *viderunt oculi tui*. Novit enim omnia Deus antequam fiant, ut est scriptum.<sup>3</sup> Ac libri, segmentive nomine maternus uterus indicatur. Neque vero ita locutus est: Sume tibi librum, vel Sume tibi chartam: verum *tomum*, hoc est segmentum, propter illam, quae in consuetudine hominum appetit, similitudinem. Sed addidit, *chartae*, ut illam in utero velut scribendi vim declararet. Postremo, *novae*, subiecit, ob recentem inviolatumque ca-

PG  
41, 459<sup>1</sup> Ps. CXXXVIII, 16.<sup>2</sup> Ibid.<sup>3</sup> Dan. XIII, 42.

Παρθένος ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Πῶς γάρ οὐκ ἂν εἴπομεν ταῦτην μεγάλην, χωρήσασαν τὸν ἀχώρητον, ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ χωρεῖν οὐ δύνανται; Αὐτὸς δέ, ἀχώρητος ὅν, κατὰ ἴδιαν προσάρτεσιν καὶ εὐδοκίαν ἔχωρήθη βουλόμενος, καὶ οὐ κατὰ ἀνάγκην. Διὸ μέγας ὁ τόμος καὶ καινός: μέγας διὰ τὸ θαῦμα· καινός, διὰ παρθένος. Καὶ «Γράψον, φησίν, ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου». Καὶ οὐκ εἶπε· Γράψει ἐν αὐτῷ τις γραφίδι ἀνθρώπου· οὐδὲ εἶπε· Γράψει ἐν αὐτῷ ἀνθρώπος, ἵνα μὴ εὑρῃ πρόφασιν ὁ Ἔβίων. Εἰ γάρ εἶπε· Γράψει ἐν αὐτῷ ἀνθρώπως, εἶχεν εἰπεῖν, διὰ ἀνθρώπος Ἰωσῆφ ἔσπειρε, καὶ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς ἐγεννήθη Χριστός. Τῷ δὲ «Ησαΐᾳ πρὸ ἐπτακοσίων πεντηκοντατριῶν ἑτῶν πλείω ἢ ἐλάσσω ἔλεγε· «Γράψον», ἵνα ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῦ διαστήματος ὁ φθῆ πᾶσα \* ἡ ἀλήθεια, διὰ οὐδεὶς ἡδύνατο πρὸ ἐπτακοσίων πεντηκοντατριῶν ἑτῶν σπεῖραι τὸν μέλλοντα γεννᾶσθαι. Ἀρα οὖν μάτην λέγει τῷ Προφήτῃ· «Γράψον»; Οὐχὶ ἀλλὰ ἵνα δείξῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον τὸ ἐν τῷ προφήτῃ αὐτὸν ἐνεργητικὸν γενόμενον τῆς συλλήψεως τῆς ἐνσάρκου Χριστοῦ παρουσίας ἐν ἀληθείᾳ. «Πνεῦμα γάρ ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ», φησίν ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ, καὶ τὰ ἔξης. Τὸ δὲ «γραφίδι ἀνθρώπου», τουτέστιν εἰκόνι ἀνθρώπου. «Ανθρώπος δὲ Χριστὸς Ἰησοῦς, μεσίτης Θεοῦ καὶ

\*461

stitatis in Virgine florem. Magna quippe coram Deo pariter et hominibus Maria Virgo exstitit. Quis enim non eam magnam praedicet, quae illum qui capi nullo modo potest, ceperit, eum, inquam, qui coelo terraque contineri nequit? Qui eiusmodi cum esset, sponte sua ac voluntate, non necessitate comprehendi se passus est. Ergo magnum illud volumen est ac recens. Magnum, ob miraculum: recens, quia virgo fuit. Deinde: *Scribe*, inquit, *in eo stylo hominis*. Non dicit: *Scribet*, in *eo quispiam hominis stylo*; neque, *Scribet* in *eo homo*, ne quam inde Ebion occasionem arriperet. Nam si ita dixisset, *Scribet* in *eo homo*, colligere ex *eo* posset, sato rem fuisse Iosephum, Christumque \* virili ex semine procreatū. Verum Isaiae ante DCCLIII plus minus annos dixit: *Scribe*, ut ex toto illo temporis intervallo de rei veritate constaret; quod nemo ante hos annos DCCLIII eum qui nasciturus erat satu propagare posset. Num igitur frustra Prophetae dixit: *Scribe*? Minime vero. Sed ut ille idem, qui prophetae inerat, Spiritus sanctus ostenderet, generationis se Christi, quatenus carne constabat, vere auctorem et efficientem esse. *Spiritus enim sanctus superveniet in te*, ait Mariae Gabriel angelus,<sup>1</sup> etc. Iam quod subiicit Isaías *stylo hominis*, ad hominis similitudinem adumbrandam pertinet. Siquidem homo Christus Iesus est,

\*462

<sup>1</sup> Le. I, 35.

ἀνθρώπων, ἐπειδὴ ἀνωθεν ἤλθε Θεὸς Λόγος, ἐκ Μαρίας δὲ ἀνθρωπος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένος. Καὶ διὰ τοῦτο εὐθύς φησιν ὁ Προφήτης: «Καὶ εἰσῆλθε πρὸς τὴν προφῆτιν», ἵνα δεῖξῃ προφῆτιν τὴν Μαρίαν, καὶ οὐχὶ τὴν γυναικα "Αχαζ", ὡς τινες πλανῶνται, διὰ τὸν Ἐζεκίαν εἰρῆσθαι. "Ηδη γάρ ὁ Ἐζεκίας ἔνδεκα ἔτη εἶχε γεγεννημένος. Τῷ γάρ ἐνάτῳ ἔτει τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βασιλείας τὸ ὅγμα προεφητεύετο· διτὶ «Ιδού ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει». Καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν "Αχαζ" βασιλεύσαντα δεκατέσσαρα ἔτη, καὶ τελευτήσαντα, εὐθύς φησιν ἡ Γραφή: «Καὶ ἐδασύλευσεν Ἐζεκίας, καὶ ἦν εἴκοσι ἑτῶν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν». Πᾶς οὖν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τεσσαρακαΐδεκα ἔτη αὐτοῦ βασιλεύσαντος, προφητευομένου τοῦ ἐκ Παρθένου γενομένου Ἐμμανουὴλ, Ἐζεκίας γεννηθήσεται, ὁ εἴκοσιν ἑτῶν βασιλεύσας μετὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα; καὶ οὐχὶ μᾶλλον φανήσεται τοῖς συνετοῖς, διτὶ ἥδη ὑπῆρχε γεννηθεὶς, διτὶ ὁ προφῆτης προεφήτευε τὸ ὅγμα ἐπὶ τῆς τοῦ "Αχαζ", πατρὸς τοῦ Ἐζεκίου, βασιλείας; μάλιστα οὐδὲ προφήτιδος οὐσης τῆς τοῦ "Αχαζ" γυναικός, ὡς παντὶ τῷ δῆλον ἐστί. Μαρία δὲ ἐστιν ἡ εἰποῦσα καὶ προφητεύσασα, διτὶ «Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσι με πᾶσαι αἱ γενεαὶ τῆς γῆς». Πρὸς ἣν εἰσῆλθε Γαβριὴλ, καὶ εὐηγγελίσατο, ὡς τὸ

---

mediator Dei et hominum,<sup>1</sup> quandoquidem Deus Verbum e coelo descendit; atque ex Maria natus est homo, non ex humano satu productus. Proindeque statim Propheta subiecit: *Et ingressus est ad prophetissam* ut prophetissam Mariam esse monstraret, non Achaz uxorem, de qua nonnulli dictum illud propter Ezechiam falso suspicantur. Quo enim illa tempore pronuntiata sunt, xi iam annos natus erat Ezechias. Nam ix imperii patris eius anno vaticinium illud editum fuit: *Ecce virgo concipiet.* Ac mortuo demum Achazo, postquam annos xiv regnavit, mox Scriptura prodit: *Et regnavit Ezechias, eratque xx annorum cum regnare coepisset.*<sup>2</sup> Qui igitur consenteum est, ut, cum regnante adhuc illius patre, qui annis xiv imperavit, de Emmanuele ex virginе nasciturō propheta responsum illud cecinerit, Ezechiam oriundum esse praedixerit, qui xx annos natus parentis imperio successit? Nonne prudens quisque potius facile perspicet tum illum natum fuisse, cum ita propheta vaticinaretur, Achazo regnante, qui Ezechiae regis pater fuit? Praesertim cum ne prophetissa quidem Achazi coniux fuerit, de quo dubitare nemo potest. Eiusmodi vero Maria Virgo fuit, quae coeleste illud oraculum protulit: *Ex hoc nunc beatam me dicent omnes generationes terrae.*<sup>3</sup> Ad quam ingressus Gabriel felicem hunc ei nuntium attulit;

<sup>1</sup> I Tim. II, 5.

<sup>2</sup> IV Reg. XVIII, 2.

<sup>3</sup> Lc. I, 48.

Πνεῦμα ἐλεύσεται ἐν αὐτῇ, τὸ ἐν Ἱησαῖ φαίνεται καὶ γεννήσει υἱόν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, διὸ Πνεύματος ἁγίου, καὶ οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός, ὡς οὗτοι ἀφράτινοντες καὶ σφαλλόμενοι βλασφημοῦσιν.

<sup>PG  
41, 485</sup> <sup>694</sup> Haeres. XXX, VII [...]<sup>1</sup> Λέγει δὲ αὐτός τε καὶ οἱ αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὡς ἔφην, καὶ Σωτῆρα καὶ Χριστόν, \* καὶ Λόγον, καὶ Σταυρόν, καὶ Μεταγωγέα, καὶ Ὁροθέτην, καὶ Ὁρον. Φασὶ δὲ ἄνωθεν κατενηγούνται τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς Παρθένου διεληλυθένται. Μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι, ἀλλὰ ἄνωθεν τὸ σῶμα ἔχειν, ὡς προεῖπον.

<sup>PG  
41, 756</sup> <sup>695</sup> Tom. III, Haeres. XLII, Scholion 51. «Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἑγγίζειν αὐτὸν τῇ Ἱεριγώ, τυφλὸς ἐδόξα· Ἰησοῦς υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με. Καὶ δὲ ίαθη, φησίν· Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε».

Refut. 51. 'Ἐν πίστει οὐκ ἔνι ψεῦδος· εἰ γάρ ψεύδεται, οὐ πίστις. Λέγει γοῦν· «Τις Δαβὶδ», καὶ ἐπαινεῖται, καὶ κομίζεται τὸ αἴτημα ὃ τὸ ὄνομα δημολογήσας. Καὶ οὐκ ἐπειμήθη ὡς ψεύστης, ἀλλ' ὡς πιστὸς ἐμακαρίσθη. Οὐκ ἄρα ἀσαρκὸς ὃ διὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ὄντος πιστοῦ χαρισάμενος τῷ τυφλῷ τὸ βλέπειν. Ἀληθινῶς γάρ ἦν, καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ

fore ut in eam se Spiritus insinuaret, qui per Isaiam locutus, ac filium pareret, Dominum nostrum Iesum Christum, qui de Spiritu sancto, non ex virili semine progenitus est, ut amentes illi ac fanatici per summam blasphemiam praedicant.

<sup>PG  
41, 486</sup> <sup>694</sup> Haeres. XXX, VII. [...]<sup>1</sup> Est autem haec illorum opinio: Iesum Christum Dominum nostrum Salvatorem esse, uti diximus, \* ac Christum, et Verbum; ac Traductorem; et Finitorem ac Terminum. Eumdem corpus e coelo detulisse, ac tanquam aqua per fistulam, sic illum per Mariam transisse Virginem, neque quidquam ex eius utero sumpsisse, sed e coelo traxisse corpus.

<sup>PG  
41, 755</sup> <sup>695</sup> Tom. III, Haeres. XLII, Scholion 51. *Factum autem est cum appropinquaret Iericho, caecus clamabat: Iesu, fili David, miserere mei. Et cum curatus esset, ait: Fides tua te salvum fecit.<sup>2</sup>*

Refut. 51. Nullum inest in fide mendacium. Nam si mentitur, fides non est. At ille cum dixisset, *fili David*, a Christo laudatur; nomenque confessus quod petierat impetrat. Non ille increpatur ut mendax, sed praedicatur ut fidelis. Non carnis igitur erat expers qui ob illam nominis invocationem caeco visum restituit. Quippe non vana dumtaxat specie, sed reipsa secundum carnem e stirpe

<sup>1</sup> Valentinianni.

<sup>2</sup> Le. XVIII, 35 et 42.

• PG 41, 165, 273, 352, 389, 390, 401, 429, 777, 828, 924, 969, 980, 1005, 1008, 1056, 1057, 1132, 1188.

σάρκα, ἀπὸ Μαρίας τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου γεγενημένος.

- 696 Lib. II, Tom. I, Haeres. LI, X. [...] "Ενθεν οὖν ὁ Λουκᾶς, μετὰ τὸ διηγήσασθαι τὰ πρῶτα, πάλιν λέγει, πῶς ἐν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ· ἵνα μὴ παραλείψῃ τόπον τοῖς νομίσασιν αὐτὸν ἀπλῶς ἄνδρα τέλειον ἐν κόσμῳ πεφηγέναι, καὶ εἰς τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην ἥκεναι· ως ὑπεβλήθη ὑπὸ Κηρύνθου, καὶ Ἐδίωνος, καὶ τῶν ἄλλων. Δεινὸς γάρ ὅφις σκαληνῶς διαβαίνων ἐν μιᾷ γνώμῃ οὐχ ἴσταται· ἀλλὰ τοῖς μὲν δοκεῖ ἐκ παρατριθῆς καὶ σπέρματος ἀνδρὸς γεγενῆσθαι, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπλῶς ἄνθρωπος πεφηγέναι. Διὸ κατὰ τὸ λεπτὸν τὰ πάντα διηγούμενοι οἱ ἄγιοι εὐαγγελισταὶ ἀκριβολογοῦσι. Καὶ φύσει ὁ Λουκᾶς ὡς ἀπὸ κάτωθεν ἐπὶ τὰ ἄνω ἀναφέρων τὴν διάνοιαν φάσκει· «<sup>\*</sup>Ην\* δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὃν υἱός, ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ». Τὸ δὲ νομίζεσθαι οὐκ ἀληθῶς ἐστιν ἀλλὰ ἐν τάξει μὲν πατρὸς ἐτύγχανεν ὁ Ἰωσήφ, διὰ τὸ οὔτως τῷ Θεῷ δεδόχθαι· οὐκ ἦν δὲ πατήρ, ὁ μὴ πρὸς τὴν Μαριὰμ ἐσχηκὼς συνάφειαν, ἢ μόνον διτὸν ἀνήρ ἐκλήθη, διὰ τὸ μεμνηστεῦθαι πρεσβύτης, ἐτῶν διγδοήκοντα τυγχάνων πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ ἔχων υἱὸν ἐξ ἀπὸ τῆς διητας αὐτοῦ γαμετῆς πρώτης, τὴν δὲ δι' οἰκονομίαν παρειληφώς, ὡς καὶ ἄλλη που ἀκριβέστερον

Davidis originem duxerat de beatissima Virgine Maria natus, et a sancto Spiritu formatus.

- 696 Lib. II, Tom. I, Haeres. LI, X. [...] Lucas ubi priora persecutus est, exponit quemadmodum anno XII Hierosolyma perrexerit, ne quem illorum errori locum relinqueret, qui illum arbitrati sunt perfecta ac virili iam aetate in mundo repente fuisse conspectum: itaque conveniendi Ioannis gratia ad Iordanem accessisse, quae fuit Cerinthi, Ebionis, et aliorum opinio. Siquidem callidus ille serpens obliquis flexibus adrepens, nihil unum ac constans asserit. Sed aliis placet ex utriusque coniunctione sexus, ac virili semine Christum esse procreat. Alii simpliciter hominem apparuisse statuunt. Quae causa fuit cur subtiliter accurateque omnia sancti evangelistae \* narrando complexi sint. Praecipue Lucas animum ab inferioribus ad superiora referens ita scribit: *Et erat Iesus incipiens esse quasi annorum XXX; filius, ut putabatur, Ioseph.*<sup>1</sup> Quod autem solummodo putatur, minime est reipsa. Sed patris vicem Iosephus gerebat ille quidem, quod ita Deo placuerat: pater vero non erat; ut qui nunquam se cum Maria copularat; nisi quod illius vir appellatus est, quod eam senex duxisset, anno aetatis plus minus LXXX, cum iam liberos sex e priori coniuge sustulisset<sup>2</sup>; hanc vero posteriorem singulari Dei providentia sibi, ut alio loco fusius disputamus, ascevis-

<sup>1</sup> Lc. III, 23.

<sup>2</sup> Vide annotationem ad n. 689.

PG 41, 905

\*908

PG 41, 906

\*907

περὶ τούτου διῆλθον. Πῶς οὖν ὁ μὴ ἔχων συνάφειαν πατήρ αὐτοῦ ὑπῆρχεν; ὅπερ ἀδύνατον.

<sup>PG 42, 244</sup> **Τομ. II, Haeres. LXIX, XXV.** [...] Διόπερ ὁ Μονογενῆς, τὰ πάντα σοφία ἀν τοῦ Πατρός, καὶ βουλόμενος ἐπὶ διορθώσει τὰ πάντα ἐργάσουσι, ἵνα μὴ τις εἰς αὐτὸν λογίσηται ἡ μὴ ἔστι, καὶ ἐκπέσῃ τῆς ἀληθείας, ἐνδημήσας τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καὶ φύσει ἀπὸ γυναικὸς γεννηθείς, καὶ ἐν μήτρᾳ Παρθένου ἀνακλιθεὶς τὸν τῶν κυνοφορίων χρόνον, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς συνελήφθη, ἵνα μὴ συνδυασμὸς καὶ παραπλοκή, [καὶ] ἐν τῇ ἐνσάρκῳ γεννήσει γένηται, ἀλλ' ἐκ μητρὸς μονοειδῶς ἔλαβε τὴν σάρκα, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπλήρωσε τελείαν τὴν ἔαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, οὐκ ἐλλιπῆ οὕσαν, ἀλλὰ ἀληθινήν. Καὶ ὅτι οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς οὐκ ἦν, εἶχε τι ἐλλιπές. Πάντα γάρ τελείως ἔσχε τὰ πάντα ἔχων, σάρκα, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβας, καὶ τὰ δίλλα πάντα ὅσα ἔστιν· ψυχὴν δὲ ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, νοῦν δὲ καὶ τὰ πάντα ὅσα ἔστιν ἐν τῇ ἀνθρωπήσει χωρὶς ἀμαρτίας, ὡς γέγραπται «Πεπειραμένος κατὰ πάντα ὡς ἀνθρωπὸς χωρὶς ἀμαρτίας». Ἱνα, ἐν τῷ μονοειδῶς ἐνταῦθα ἀπὸ μητρὸς κατὰ σάρκα γεγεννήσθαι, τελείως, καὶ οὐκ ἐλλιπῶς, δεῖξῃ τοῖς βουλομένοις ὅρην τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ τυφλώστειν τὸν θίσιον νοῦν· ὅτι καὶ

set. Qui igitur nullum cum matre consuetudinem habuerat, qui filii pater esse potuit? Fieri istud omnino non potest.

<sup>PG 42, 243</sup> **Τομ. II, Haeres. LXIX, XXV.** [...] Unigenitus Dei Filius, idemque perfecta Patris sapientia cum ita perficere omnia vellet, ut ad homines moderandos ac corrigendos valerent, ne quis de ipso falsa quaedam suspicaretur, et a veritate excideret, naturam hominis suscipiens, atque, ut natura fert, de muliere genitus, totoque parturitionis tempore in Virginis utero residens, nequaquam est ex virili semine genitus, ne qua vel in hac corporea generatione sexuum copula esset ac coniunctio. Verum sola ex matre carnem accepit, perfectamque in sese hominis naturam, neque mancam, aut defectam, sed veram ac consummatam expressit. Nam tametsi minime ex viri satu prodierit, nihil ei tamen ad integratatem defuit; adeoque suis omnibus partibus absolutus exstitit, carne, nervis, venis, ac reliquis eiusmodi, anima praeterea quam non specie tenus, sed reipsa suscepit; similiter et mentem, aliaque omnia, quibus hominis natura constat, praeter peccatum, pro eo ac scriptum est: *Tentatus per omnia absque peccato.*<sup>1</sup> Ut cum sola ex matre perfecte, et absque ullo defectu secundum carnem hic genitus sit: hoc ipsum his ostendat, qui veritatem intueri, nec excaecata mente esse voluerint, cum

<sup>1</sup> Hebr. IV, 15.

άνω ἐκ Πατρὸς τελείως γεγέννηται, ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς μόνης γεγέννηται ἀχράντως καὶ ἀμολύντως.

698     XLII. [...] Διὰ τοῦτο καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸ ἐκ PG 42, 268 Μαρίας συλληφθέν, τὸ ἐν θεότητι συνενωθέν· οὐ γάρ ἡ Μαρία Θεὸς κατὰ φύσιν. Διὰ τοῦτο ἔξῆς τὸ «ἐποίησεν» ἐπιφέρεις.

‘Ως καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριήλ φησιν, ἐρωτησάσης αὐτῆς, διτὶ «Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω»; φησί· «Πνεῦμα Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Τύπιστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Γίδες Θεοῦ». “Οταν δὲ εἶπη «καὶ τὸ γεννώμενον», ἔδειξεν ἀκαταζητήτως περὶ Θεοῦ Λόγου, διτὶ Γίδες ἔστιν ἀναμφιδόλως, οὐ κτισθείς, οὐ ποιηθείς. Περὶ δὲ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, μετὰ προσθήκης, «καὶ τὸ γεννώμενον, τὸν Χριστὸν καὶ Κύριον ἐποίησεν»· ὡς ἐπὶ ταῖς διλλαις ρήσεσι πάντα σαφῶς ἐπληρώθη, καὶ οὐδὲν καμάτου περιέχουσιν.

699     LXXIII. [...] «”Ἄχρις οὖν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί», PG 42, 324 διὰ τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχὴν γενομένην ἐνσάρκου παρουσίας ‘Ἡ γάρ θεότης τοῦ Μονογενοῦς ἦν ἀεὶ σὺν Πατρί, ὅπερ ἐστὶ μονογενῆς Θεὸς Λόγος ἐκ Πατρὸς προελθὼν ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως. ’Επει πῶς πληρωθήσεται τὸ ἥρθεν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, τὸ «Πνεῦμα Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις

in coelo perfecte sine ullo tempore, aut initio ex Patre, tum in terra sine labe ulla et macula, sola se esse de matre genitum.

698     XLIII. [...] Dominum Christumque fecit Deus id quod ex Maria PG 42, 267 genitum erat, et cum divinitate copulatum: Non enim Maria Deus exstitit: unde verbum illud, *fecit*, mox addidit.

Sed et angelus Gabriel interroganti Mariae: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* respondit: *Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te. Ideoque quod gignetur sanctum, vocabitur Dei Filius.*<sup>1</sup> Iam cum dixit, *quod gignetur*, extra omnem controversiam de Dei Verbo significavit, haud dubie Filium esse, qui nec creatione nec effectione productus fuerit. De suscepta autem e Maria hominis natura cum additamento illo, *quod gignetur*, illud accipi debet, *Christum et Dominum fecit*, perinde atque in aliis locis manifeste impleta omnia sunt, nec difficultatis quidquam continent.

699     LXXIII. [...] *Donec tradiderit regnum Deo et Patri,*<sup>2</sup> ad humanae PG 42, 323 naturae, quae certo tempore coepit, initium revocanda sunt. Divinitas porro Filii cum Patre semper exstitit, quae nihil aliud est, quam unigenitus Deus, Verbum a Patre sine ullo initio, vel tempore procedens. Alioqui quomodo angeli dictum illud re ipsa perfici posset: *Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obum-*

<sup>1</sup> Lc. I, 34 ss.

<sup>2</sup> I Cor. XV, 24.

‘Ψύστου ἐπισκιάσει σοι»; Ἐπειδήπερ ἔλεγεν αὐτῇ· «Τέξῃ νίόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν»· ἵνα δεῖξῃ ἀνωθεν τὸν Θεὸν Λόγον κατεληλυθότα, καὶ ἐν μήτρᾳ τῆς αὐτῆς Παρθένου σαρκωθέντα, καὶ τελείως ἐνανθωπήσαντα.

PG 42, 376 Lib. III, Tom. I, Haeres. LXXI, I. [...] Φάσκει δὲ οὗτος, ἀπαρχῆς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι, ἀπὸ δὲ Μαρίας καὶ δεῦρο αὐτὸν ὑπάρχειν· ἔξοτε, φησί, τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτόν, καὶ ἐγεννήθη ἐκ Πνεύματος ἄγιον. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἄγιον φησιν, ὡς τολμηρὸς ἀρχιτέκτων, νομίζειν εἶναι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς οὐρανομέτρης τῶν ἀνεκδιηγήτων.

PG 42, 436 Haeres. LXXIII, XVII. [...] «Μορφὴν δούλου λαβών, καὶ ἐν δμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος», δείκνυσιν, διτὶ ἐκ τῆς Παρθένου σάρκα ἀνέλαβεν. Οὐκοῦν ἡ σάρξ, ἡ ἀνέλαβεν ὁ Γίδες τοῦ Θεοῦ, αὐτὴ μὲν ἔστι τῇ σαρκὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἐν δμοιώματι δὲ ἀνθρώπων ἔστιν, ἐπειδὴ οὐκ ἐκ σπορᾶς ὡς ἀνθρωποι, οὐδὲ ἐκ κοιτῆς ἀνδρὸς ἐγεννήθη. Ὡς κατὰ τὸν δμοιον τρόπον, καὶ ὁ Γίδες πνεῦμα ὄν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς πνεῦμα γεννηθείς, κατὰ μὲν τὸ πνεῦμα ἐκ πνεύματος εἶναι, τὸ αὐτό ἔστιν, ὥσπερ (τὸ) κατὰ τὸ σάρξ ἐκ σαρκὸς εἶναι τῆς Μαρίας· κατὰ δὲ τὸ ἀνευ ἀπορρίας καὶ πάθους καὶ με-

*brabit te?*<sup>1</sup> Dixerat enim Mariae Virgini: *Paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.* Quibus divinum Verbum e coelo delapsum esse, atque in utero Virginis carnem factum, perfectamque hominis naturam suscepisse monstraret, ut ne perfectam corporis naturam a perfecta divinitate secerneret.

PG 42, 375 Lib. III, Tom. I, Haeres. LXXI, I. [...] Photinus] Christum a principio negat exsistisse, sed iam tum a Maria Virgine initium acceptisse, ac recentem esse: ex quo Spiritus, inquit, sanctus in illum descendit, et e Spiritu sancto genitus est. Quem quidem Spiritum sanctum Christi esse putat, audax architectus, et coelestium, quae sermone explicari nequeunt, dimensor.

PG 42, 435 Haeres. LXXIII, XVII. [...] Illa verba, *Formam servi accipiens, et in similitudinem hominum factus,*<sup>2</sup> carnem illum e Virgine sumpsisse declarant. Quamobrem illa ipsa caro, quam Dei Filius induit, eadem est cum caeterorum hominum carne: ad hominum vero similitudinem esse dicitur, quoniam non virili satu ac conceubitu hominum more prognatus est. Non secus ac Filius cum spiritus sit, et spiritus a Patre genitus, quatenus spiritus a spiritu prodiit, idem est cum illo, sicut quatenus caro ex carne factus est, Maria videlicet, idem est cum carne. Porro quatenus sine profluvio, passione

<sup>1</sup> Le. I, 35.

<sup>2</sup> Philipp. II, 7.

ρισμοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθῆναι, ὅμοιός ἔστι τῷ Πατρὶ· καὶ οὐκ αὐτὸς δικαῖος σάρκα Γίος, «ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων ἔστι», καὶ οὐκ αὕτῳ κατὰ πάντα ἀνθρωπος.

702 Haeres. LXXIV, III. [...] «Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν PG 42, 477 ἐν ἡμῖν, καὶ εἰδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὡς δόξαν Μονογενοῦς παρὰ Πατρός». ‘Ο νέτος δένδρεσι καὶ φυτοῖς συμφυσιούμενος σῶμα ἀπεργάζεται, καὶ τὸν καθ’ ὁμοιότητα καρπὸν ἔκαστον· καὶ ἐν μὲν τῇ ἐλαίᾳ ἔλαιον πῖον γίνεται, προσλαμβανόμενος πρὸς αὐτῆς τὸ οὐσιῶδες· ἐν δ’ ἀμπέλῳ οἶνος ἥδης χροτεῖται· ἐν δὲ συκῇ σῦκον γλυκαίνεται· ἐν δὲ ἔκάστῳ τῶν σπερμάτων πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ αὔξει φυήν· οὕτως, οἷμαι, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν Μαρίᾳ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐν σπέρματι Ἀθραδύμῳ ἀνθρωπος εὑρίσκετο, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν. «Εὐρήκαμεν γάρ Μεσσίαν, ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς». ‘Ως δὲ Μωϋσῆς ἔφη· «Καταβήτω ὡς νέτος τὸ ἀπόφθεγμά μου, καὶ ὡς σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τῆς γῆς»· ἢ «Καταβήτω ὡς δρόσος ἐπὶ πόνον». Ἔριον τοινυν δεχόμενον τὴν δρόσον αὔξει πόνου γονήν. Γῆ \* δέ, δεχομένη τὸν ἐλπίδος γεωργὸν ὑετόν, αὔξει καρπὸν τὸ δέχεσθαι πρόσταγματι Δεσπότου, προσδιδοῦσα τὴν φύσιν \*480

ac divisione ulla a Patre genitus est, Patris est similis; nec idem cum eo, sic et Filius secundum carnem, *ad similitudinem hominum factus est*, nec est idem omnino cum homine.

702 Haeres. LXXIV, III. [...] *Uerbum [enim] caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius, tanquam gloriam Unigeniti a Patre.*<sup>1</sup> Ut enim pluvia cum arboribus coalescens ac stirpibus, corpus efficit, et unumquemque fructum ad eius, unde ortus est, similitudinem producit, ut et in oliva, ad eius naturam et substantiam adiunctum, pingue oleum exsistat; in vite suavissimi in vini qualitatem coloremque transeat; in ficus arbore dulcissimo ficus sapore temperetur; et in quolibet semine naturam ipsius ad consentanea cuiusque formae incrementa perducat: ita Verbum, opinor, Dei in Maria caro factum est, et in Abrahami stirpe homo ex promissi fide repertus est. *Invenimus enim, inquit, Messiam, quem scripsit Moyses.*<sup>2</sup> Idem vero Moyses: *Descendat, inquit, ut pluvia eloquium meum, et tanquam guttae \* stillantes in terram.*<sup>3</sup> Vel: *Descendat sicut ros in vellus.*<sup>4</sup> Lana itaque rorem excipiens fetum auget velleris. Terra velut quemdam spei cultorem, et agricolam pluviam excipiens, fructum ad maturitatem perducit, eaque perfusa ex im-

PG 42, 478

\*479

<sup>1</sup> Io. I, 14.

<sup>2</sup> Io. I, 45.

<sup>3</sup> Deut. XXXII, 2.

<sup>4</sup> Ps. LXXI, 6.

προθύμως· τῷ δὲ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ πλέον ἔχει σπουδήν. Οὕτω δὴ καὶ Παρθένος Μαρία· «Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, φησίν, δτι ἔσται μοι»; ἤκουσε· «Πνεῦμα Κυρίου [ἐπελεύσεται] ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Υἱοῦτοῦ ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἄγιον ἔσται, καὶ Υἱός Υἱοῦτοῦ κληθήσεται». Χριστὸς ἐν ἀγγέλῳ λαλεῖ· ἀναπλάττει δὲ ἑαυτὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πλάσει ὁ Δεσπότης, «μορφὴν δούλου λαβάν».

Καὶ Μαρία μὲν ἀνιμᾶται τὸν Λόγον εἰς σύλληψιν, ὡς ὑετὸν ἡ γῆ· ἑαυτὸν δὲ καρπὸν ἄγιον ἀποδείκνυσι, προσλαμβανόμενος θυντοῦ φύσιν. Οὗτος ἡνὶ ἐξ αὐτῆς ἀνιμῶσης, ὡς γῆ καὶ ποκάς, ὁ τῆς ἀληθοῦς ἐλπίδος καρπὸς ἀγίοις ἐν προσδοκίᾳ· καθὼς Ἐλισάβετ ἔλεγεν· «Ἐδλῶμενη σὺ ἐν γυναιξὶν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου»· ὁ προσ θετο ἐξ ἀνθρωπότητος, παθῶν ἀπαθῆς ὅντος ὁ Λόγος. «Οὗτος ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ καταθάς ἐξ οὐρανοῦ», καὶ ζωὴν διδούς.

<sup>PG</sup>  
<sup>42, 645</sup> Tom. II, Haeres. LXXVII, IV. Ταῦτα δὲ οὕτως γράφω, ἐντυχῶν τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας προσαχθεῖσιν ὑπομνήμασιν· ἀ μηδὲ γραφῆναι ὕφελον, ἵνα μηδὲ μνήμη τις τούτων τοῖς μετὰ ταῦτα γένηται. Τίς γάρ ἤκουσε

703

perio Domini naturales fruges prompte ac libenter emittit, et ab eodem rursus accipiendi maiori desiderio tenetur. Sic et Maria Virgo cum ita respondisset: *Unde, inquit, cognoscam mihi istud ad futurum?* audiit: *Spiritus Domini in te descendet, et virtus Altissimi obumbrabit te; ideoque et quod nascetur ex te sanctum erit, et Filius Altissimi vocabitur.*<sup>1</sup> Christus in angelo loquitur, et in sui ipsius formatione semetipsum Dominus effingit, *servi formam induens.*<sup>2</sup>

Caeterum Maria Verbum Dei ad generationem velut terra pluviam haurit et attrahit: Deus vero sanctum sese fructum in mortali natura capessenda demonstrat. Ergo hic ex illa terrae instar ac veleris attrahente profectus est verae solidaeque spei fructus, et a sanctis exspectatus. Quemadmodum Elisabeth dixit: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*<sup>3</sup> Hoc autem omne ex humana conditione ac natura in sese transtulit Verbum illud, quod expers alioqui passionis perpeti voluit. *Hic est panis ille vivus, qui de caelo descendit,*<sup>4</sup> ac vitam impertit.

<sup>PG</sup>  
<sup>42, 646</sup> Tom. II, Haeres. LXXVII, IV. Haec idcirco scribo, quod commentaria quaedam legi a pietate tua nobis oblata. Quae utinam scripta nunquam fuissent, ne vel tenuissima ad posteros illorum

703

<sup>1</sup> Le. I, 34 ss.

<sup>2</sup> Philipp. II, 7.

<sup>3</sup> Le. I, 42.

<sup>4</sup> Io. VI, 51.

τοιαῦτά ποτε; τίς δὲ ὁ διδάξας, ή μαθών; Ἐκ μὲν γὰρ Σιών ἔξελεύσεται λόγος Κυρίου, καὶ νόμος Θεοῦ ἐξ Ἱερουσαλήμ. Ταῦτα δὲ πόθεν ἔξηλθε; Ποῖος ᾧδης ἔξηρεύξατο, ὅμοούσιον εἰπεῖν ἐκ Μαρίας σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι; ή διτὸς ὁ Λόγος εἰς σάρκα, καὶ ὀστᾶ, καὶ τρίχας, καὶ ὅλον σῶμα μεταβούσης; καὶ ἡλλάγη τῆς ἴδιας φύσεως; Τίς ὅλως ἤκουσε παρὰ Χριστιανῶν, ὅτι θέσει, καὶ οὐ φύσει σῶμα πεφόρηκεν ὁ Γίος; Ἡ τίς τοσοῦτον ἡσέθησεν, ὥστε εἰπεῖν ἄμα καὶ φρονεῖν, ὅτι θεότης αὐτοῦ ἡ ὅμοούσιος τῷ Πατρὶ αὐτὴν περιετμήθη, καὶ ἀτελής ἐκ τελείου γέγονε; καὶ τὸ ἐν τῷ ἔγκλῳ καθηλούμενον οὐκ ἦν τὸ σῶμα, ἀλλὰ αὐτὴν ἡ δημιουργὸς οὐσίᾳ τῆς φύσεως; τίς δὲ ἀκούων, ὅτι οὐκ ἐκ Μαρίας, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας μετεποίησεν ἑκυτῷ σῶμα παθητὸν ὁ Λόγος, εἴποι ἐν Χριστιανὸν τὸν λέγοντα ταῦτα; Τίς δὲ τὴν ἀθέμιτον ταύτην ἐπενόησεν ἀσέβειαν, ὥστε κανὸν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθεῖν, καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ λέγων ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ Κυριακὸν σῶμα, οὐκέτι Τριάδα, ἀλλὰ τετράδα ἐν τῇ θεότητι φρονεῖ; ὃς διὰ τοῦτο τοὺς οὕτω διακειμένους τῆς οὐσίας τῆς Τριάδος λέγειν τὴν σάρκα, ἢ ἐνεδύσατο ἐκ Μαρίας ὁ Σωτὴρ. Πόθεν δὲ πάλιν ἡρεύεσσαντό τινες ἵσην ἀσέβειαν τοῖς προειρημένοις, ὥστε εἰπεῖν μὴ νεώτερον εἶναι τὸ σῶμα τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἀλλὰ συνατίδιον

memoria perveniret! Quis enim haec unquam audiit? Quis docuit didicisse? Nam e Sion egreditur verbum Domini, et lex Dei ex Hierusalem.<sup>1</sup> At haec unde prodierunt? Quinam inferi illud eructarunt, consubstantiale divinitati Verbi corpus illud esse, quod a Maria genitum est? Aut Verbum ipsum in carnem, ossa, capillos, ac totum denique corpus esse conversum, et a suapte natura mutatum? Quis omnino de Christianis audiit Filium Dei specie ac fictione sola corpus, non natura gessisse? Quis tam impius fuit, ut ipsammet eiusdem divinitatem circumcisam esse, atque imperfectam e perfecta redditam fuisse sentiret ac diceret? Item illud ipsum, quod in ligno suffixum est, non corpus exstisset, sed substantiam ipsam naturae totius opificem? Quis cum istud audiat, non e Maria, sed ex propria substantia Dei Verbum obnoxium passioni sibi corpus effinxisse, Christianum qui haec dixerit arbitretur? Quis exsecrandae illius impietatis auctor est, ut eiusmodi quaedam animo concipere, aut eloqui minime formidaret, eum qui Dominicum e Maria corpus esse natum asserat, non Trinitatem, sed quaternitatem divinitati tribuere? Adeo ut qui ita sentiunt, carnem illam, quam Salvator e Maria Virgine suscepit, ex ipsa substantia Trinitatis esse fateantur. Iam vero undenam parem huic ac germanam impietatem evomere alii quidam in animum induxerunt, uti corpus ipsum non divinitate Verbi recentius, sed coaeternum ac perpetuo

<sup>1</sup> Isa. II, 3.

αὐτῷ διαπαντὸς γεγενῆσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς σοφίας συνέστη; Πῶς δὲ καὶ ἀμφιβάλλειν ἐτόλμησαν οἱ λεγόμενοι Χριστιανοί, εἰ δὲ ἐκ Μαρίας προελθῶν Κύριος, Υἱὸς μὲν τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ φύσει τοῦ Θεοῦ ἐστι, τὸ δὲ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἐστι, σαρκὸς δὲ τῆς ἁγίας Μαρίας; Τίνες ἡραὶ οὗτω τολμηροὶ γεγόνασιν, ὅστε εἰπεῖν τὸν Χριστὸν τὸν σαρκὶ παθόντα, καὶ ἐσταυρωμένον, μὴ εἶναι Κύριον, καὶ Σωτῆρα, καὶ Θεόν, καὶ Υἱὸν τοῦ Πατρός; \*<sup>648</sup> Η πῶς Χριστιανοί θέλουσιν ὀνομάζεσθαι οἱ λέγοντες εἰς ἄνθρωπον ἁγιον, ὡς ἐπὶ ἔνα τῶν προφητῶν, ἐληλυθέναι τὸν Λόγον, καὶ μὴ ἀύτὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, λαβόντα ἐκ Μαρίας τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ ἔτερον εἶναι τὸν Χριστόν, καὶ ἄλλον τὸν τοῦ Θεοῦ \*<sup>649</sup> Υἱόν, τὸν πρὸ Μαρίας καὶ πρὸ αἰώνων Υἱὸν ὄντα τοῦ Πατρός; Η πῶς Χριστιανοί εἶναι οἱ λέγοντες ἄλλον τὸν Θεόν εἶναι, καὶ ἄλλον εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον;

<sup>PG</sup>  
<sup>42, 648</sup> VI. [...] Οἱ Πατέρες οἱ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν Υἱὸν εἰρήκασιν ὄμοιούσιον τοῦ Πατρός· καὶ τοῦτον μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός, τὸ δὲ σῶμα ἐκ Μαρίας ὀμολόγηται εἶναι πάλιν κατὰ τὰς Γραφάς.

<sup>PG</sup>  
<sup>42, 649</sup> VII. [...] «Σπέρματος γάρ Ἀβραὰμ ἐπὶ λαμβάνεται», ὡς εἴπεν ὁ Ἀπόστολος. "Οθεν ὀψεῖλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὄμοιωθῆναι, καὶ λαβεῖν ὄμοιον

\*<sup>647</sup> cum illo coniunctum exstitisse definiant, quandoquidem ab ipsa sapientia constitutum est? Potuitne Christianis ab hominibus in dubium vocari, utrumnam Dominus noster de Maria Virgine natus substantia naturaque Dei Filius exstiterit, secundum carnem vero e Davidis stirpe, ac sacrosanetae Virginis carne susceptus? Quinam porro tanta temeritate et audacia fuerunt, ut Christum illum assererent, qui in carne passus, et in crucem actus \* est, non esse Dominum, ac Salvatorem, et Deum, Patrisque Filium? Quonam pacto Christianos appellari se volunt, qui in sanctum hominem, perinde ut in aliquem de prophetarum numero, delapsum esse Verbum, non ipsummet hominem factum esse profitentur, cum ex Maria corpus induisset, sed alterum esse Christum, alterum Dei Filium, qui ante Mariam, et ante saecula omnia Filius ex Patre prodierit? An vero Christiani esse possunt, qui alium esse Deum, aliud et ab illo diversum Dei Verbum praedicant?

<sup>PG</sup>  
<sup>42, 647</sup> VI. [...] Patres illi, qui Nicaeae convenerant, non corpus, sed Filium ipsum Patri consubstantiale esse dixerunt, eumque de Patris prodiisse substantia, corpus vero e Maria susceptum ex saecularum Litterarum auctoritate decretum est.

<sup>PG</sup>  
<sup>42, 650</sup> VII. [...] *Abrahāi semen apprehendit*, ut loquitur Apostolus.<sup>1</sup> Unde fratrum suorum similis in omnibus esse debuit,<sup>2</sup> nec diversum

<sup>1</sup> Hebr. II, 16.

<sup>2</sup> Hebr. II, 17.

ήμιν σῶμα. Διὰ τοῦτο γροῦν καὶ ὑπόκειται ἀληθῶς ἡ Μαρία, ἵνα ἔξ αὐτῆς τοῦτο λάδη, καὶ ὡς ἴδιον ὑπὲρ ὑμῶν αὐτὸν προσενέγκῃ. Καὶ ταῦτην ὁ μὲν Ἡσαῖας προφητεύων ἐδείχνυε, λέγων· «'Ιδού ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται». ὁ δὲ Γαβριὴλ ἀποστέλλεται πρὸς αὐτήν, οὐχ ἀπλῶς πρὸς παρθένον, ἀλλὰ πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί, ἵν' ἐκ τοῦ μνηστῆρος δείξῃ τὴν Μαρίαν ἀληθῶς ἄνθρωπον οὖσαν. Καὶ τοῦ τίκτειν μνημονεύει ἡ Γραφή, καὶ φησιν· «Ἐσπαργάνωσε»· καὶ ἐμακαρίζοντο μαστοὶ οὓς ἐθήλασε. Καὶ προστηνέγκῃ θυσίᾳ ὡς διανοίξαντος τοῦ τεχθέντος τὴν μήτραν. Ταῦτα δὲ πάντα τικτούσης ἦν Παρθένου γνωρίσματα. Καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ ἀσφαλῶς εὐηγγελίζετο αὐτῇ λέγων οὐχ ἀπλῶς. «Τὸ γεννώμενον ἐν σοί», ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθείη, ἀλλ᾽ «ἐκ σοῦ», ἵνα φύσει τὸ γεννώμενον ἔξ αὐτῆς εἰναι πιστευθείη φανερῶς· καὶ τοῦτο τῆς φύσεως δεινωνούσης, ὡς ἀδύνατον σῶμα παρθένου φέρειν γάλα μὴ τεκούσης, καὶ ἀδύνατον γάλακτι τραφῆναι σῶμα, καὶ σπαργανωθῆναι, μὴ πρότερον φύσει τεχθέν.

706 IX. [...] Ἀγθρώπινον ἄρα φύσει τὸ ἐκ Μαρίας, κατὰ τὰς θείας Γραφὰς, καὶ ἀληθινὸν σῶμα τοῦ Σωτῆρος. Ἀληθινὸν δὲ ἦν, ἐπειδὴ ταυτὸν ἦν

PG  
42, 653

a nobis corpus assumere. Proinde et Maria reipsa nec simulate profertur, ex qua corpus illud sumeret, ac tanquam peculiare et proprium pro nobis offerret. Eamdem illam porro Isaias eiusmodi vaticinio demonstrabat: *Ecce virgo concipiet, et pariet;*<sup>1</sup> tum Gabriel ad eam mittitur, non simpliciter ad virginem, sed ad eam virginem, quae iam viro desponsa fuerat,<sup>2</sup> ut ipsa sponsi commemoratione Mariam vere hominem fuisse declararet. Hinc et pariendi mentio in Scriptura facta, et fasciis involvisse dicitur, et beata praedicantur ubera, quae lactarunt.<sup>3</sup> Ac denique sacrificium oblatum tanquam id, quod natum erat, vulvam aperuisset. Quae omnia parientis Virginis indicia fuerunt. Ad haec Gabriel ipse caute ac prudenter in felici illo nuntio perforendo locutus est. Neque enim dixit: *Quod nasceretur in te*, ne extrinsecus in illam inductum corpus esse putaretur; sed *ex te* dixit,<sup>4</sup> ut quod nasceretur, ex ipsa prodiisse manifeste crederetur. Praesertim cum id natura etiam ipsa demonstret, non posse virginis corpus, quae nondum pepererit, lac concipere; tum nihilo magis fieri posse, ut lacte nutriatur, aut fasciis obvolvatur corpus illud, quod naturali partu ante non sit in lucem editum.

IX. [...] Corpus illud Salvatoris, quod, ut sacrae Litterae testantur, e Maria desumptum est, humanum ac verum exstitit. Verum,

PG  
42, 654<sup>1</sup> Isa. VII, 14.<sup>2</sup> Lc. I, 27; Lc. II, 5.<sup>3</sup> Lc. XI, 27.<sup>4</sup> Lc. I, 35.

[έν] τῷ ἡμετέρῳ. Ἀδελφὴ γάρ ἡμῶν ἡ Μαρία, ἐπεὶ καὶ πάντες ἐκ τοῦ Ἀδάμ ἐσμεν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀν τις ἀμφιθάλοι, μνησθεὶς δὲν ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς. Μετὰ γάρ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν, δοκούντων τινῶν μὴ ἐν τῷ ἐκ Μαρίας σώματι βλέπειν τὸν Κύριον, ἀλλ' ἀντὶ τούτου πνεῦμα θεωρεῖν, ἔλεγεν· «Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων, ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτός. Ψήλαρχήσατε καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὄστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. Καὶ τοῦτο εἰπών, ὑπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας».

PG  
42, 653

707

X. Τούτων δὲ οὕτως ἔχόντων τὴν ἀπόδειξιν, περιττὸν ἔτι τῶν ἀλλων ἀπτεσθαι καὶ γυμνάζειν τι περὶ αὐτῶν· τοῦ γάρ σώματος, ἐν φέρνοντος, ὃν ὁ Λόγος, μὴ ὄντος ὄμοιούσιου τῆς Θεότητος, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἀληθῆς τεχθέντος· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Λόγου μὴ τραπέντος εἰς ὄστέα καὶ σάρκα, ἀλλ' ἐν σαρκὶ γενομένου. Τὸ γάρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον· «Ο Λόγος σάρξ ἐγένετο», ταῦτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὄμοιού τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν. Γέγραπται γάρ ἐν τῷ Παύλῳ· «Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρα». Καὶ ὥσπερ οὐκ αὐτὸς κατάρα γέγονεν, ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν, εἴρηται κατάρα γεγονέναι· οὕτω καὶ σάρξ ἐγένετο, οὐ τραπεῖς εἰς σάρκα,

inquam, propterea, quod idem omnino cum nostro fuit. Maria quippe soror nostra fuit, cum ab Adamo originem omnes acceperimus. Neque vero dubitandum ea de re putabit, si quis ea meminerit quae sunt a Luca scripta. Cum enim post illius resurrectionem nonnulli suspicarentur, non in eodem illo corpore, quod expressum est Maria fuerat, Dominum sese contueri, sed eius loco spiritum offerri, sic eos allocutus est: *Videte manus et pedes meos, et vestigia clavorum, quoniam ego sum ipse; palpate et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Quibus dictis ostendit illis manus et pedes.*<sup>1</sup>

PG  
42, 654

707

X. His ad eum modum comprobatis, de aliis dicere supervacaneum est, aut agitare disputando, cum corpus in quo Verbum intereat, divinitati consubstantiale minime fuerit, sed ex Maria Virgine revera natum, cumque Verbum ipsum non in ossa carnemque mutatum sit, sed in carne resederit. Quod enim a Ioanne scriptum est, *Verbum caro factum est*,<sup>2</sup> hunc habet sensum, ut ex simili loquendi ratione colligi potest. Est enim a Paulo scriptum: *Christus pro nobis factus est maledictum*.<sup>3</sup> Ut igitur maledictum ille proprie non fuit, sed ideo fruisse dicitur, quod illud nostra causa suscepit: sic et caro factum est, non quod in carnem commutatum fuerit,

<sup>1</sup> Le. XXIV, 39-40.<sup>2</sup> Io. I, 14.<sup>3</sup> Galat. III, 13.

ἀλλ’ ὅτι σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλασε καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ τὸ εἰ-  
πεῖν· «Οὐ Λόγος σάρξ ἐγένετο», ἵστον ἔστι πάλιν εἰπεῖν, ὅτι Ἀνθρωπὸς γέ-  
γονε, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἰωάνῃ· «Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ<sup>42</sup>  
πᾶσαν σάρκα». Οὐ τῶν ἀλόγων ἦν ἡ ἐπαγγελία, ἀλλ’ εἰς ἄνθρωπους ἔστιν,  
ῶν ἔνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος. Τούτου δὲ τοῦ ἥρητοῦ ταύτην  
ἔχοντος τὴν διάνοιαν, εἰκότως καταγγώσονται ἔκυτῶν πάντως οἱ νομίσαντες  
εἶναι πρὸ τῆς Μαρίας τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ πρὸ ταύτης ἐσχηκέναι φυ-  
χὴν ἄνθρωπινην τὸν Λόγον, καὶ ἐν αὐτῇ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεγενῆσθαι.

- 708 XIII. Ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους πάντας γέγονεν ὁ Λό-<sup>PG  
42, 660</sup>  
γος τοῦ προφητεύειν χάριν, ἐκ Μαρίας αὐτὸς ὁ Λόγος σάρκα ἔκυτῷ λαβὼν,  
προῆγλθεν ἄνθρωπος, τῇ μὲν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ Λόγος ὢν τοῦ Θεοῦ, κατὰ  
δὲ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ τῆς σαρκὸς Μαρίας γενόμενος ἄνθρω-  
πος, ὃς εἶπεν ὁ Παῦλος. Τοῦτον καὶ ὁ Πατὴρ ἐδείκνυεν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ  
ἐν τῷ ὄρει, λέγων· «Οὗτός ἐστιν ὁ Γίδες μου ὁ ἀγαπητός», ἐνῷ ηγέρθησα.  
709 XXII. [...] Ὁ δὲ συνετίθετο, ὅτι Ναί. Ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀγίας Παρ-<sup>PG  
42, 673</sup>  
θένου ἄνευ σπέρματος ἀνδρός, καὶ διὰ Πνεύματος ἀγίου; Ὁ δὲ καὶ τοῦτο

sed quod carnem pro nobis assumpserit, et homo factus sit. Etenim  
hoc ipsum, *Verbum caro factum est*, eamdem vim habet ac si dice-  
retur, *Homo factum est*, cuiusmodi est illud a Ioële dictum: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*.<sup>1</sup> Quae quidem denuntiatio  
ac promissio non ad pecudes, sed ad homines pertinet, quorum  
gratia Dominus est homo factus. Quae cum ita sint, eaque sit ver-  
borum illorum sententia: vel seipso iure condemnabunt ii qui Ma-  
ria priorem esse carnem illam existimant, quae de Maria sumpta  
sit, et ante illam humana praeditum anima fuisse Verbum, eamque  
antequam hue adveniret habuisse.

- 708 XIII. Ex quibus evidenter ostenditur, cum in reliquos vatici-<sup>PG  
42, 659</sup>  
nandi solum gratia sese Dei Verbum infuderit, idem ipsum e Maria  
carne suscepta hominem produisse. Qui et natura substantiaque  
Dei Verbum erat, et, quod ad carnem attinet, e Davidis stirpe, Ma-  
riaeque carne natus est homo, quemadmodum declarat Apostolus.<sup>2</sup>  
Hunc in Iordanē<sup>3</sup> atque in monte<sup>4</sup> Pater demonstravit his verbis:  
*Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*
- 709 XXII. [...] Christumne, diximus, proprie carnem assumpsisse  
profiteris? Profiteor, inquit. Eamdemne de Maria Virgine sine virili  
satu ac per Spiritum sanctum accepisse? Ne istud quidem inficiatus

<sup>1</sup> Ioél II, 28.

<sup>2</sup> Rom. I, 3.

<sup>3</sup> Matth. III, 17.

<sup>4</sup> Matth. XVII, 5.

ώμοιολόγει. Φύσει ἐκ τῆς Παρθένου ἐλθόν τὴν σάρκα ἀνείληφεν ὁ Θεὸς Λόγος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Ὁ δὲ μετὰ βάρους συνετίθετο. "Ηδη δὲ ἐν χαρᾶ καθιστάμεθα· ἐπειδὴ παρά τινων πρὸς ἡμᾶς εἰς Κύπρον ἐλθόντων ἤκούσαμεν τῶν προειρημένων παῖδων, δτὶ οὐδ' ὅλως ἡ σάρξ ἀπὸ Μαρίας ὀμοιογεῖτο. "Οτε δὲ αὐτὸς ὁ εὐλαβέστατος ἀνὴρ ἐκ Μαρίας τὴν σάρκα ἀνειληφέναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὀμοιολόγησε, πάλιν παρ' ἡμῶν ἡρωτάτο, εἰ καὶ φυχὴν εἴληφεν.

PG 42, 700 Haeres. LXXXVIII, I. [...] Ἀντιδικομαριανιτῶν γάρ τινες, ὡσπερ 710  
ἐχθρίαν πρὸς τὴν Παρθένον ἔχοντες, καὶ βουλόμενοι κατευτελίζειν ἐκείνης τὸ κλέος, φθόνῳ τινὶ ἀρθέντες ἢ σφάλματι, καὶ χρᾶναι βουλόμενοι διανοίας ἀνθρώπων, ἐτόλμησαν λέγειν τὴν ἄγιαν Μαρίαν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν ἀνδρὶ συνηφθαι, φημὶ δὲ αὐτῷ τῷ Ἰωσήφ. Φασὶ δέ, ὡς ἀνω μοι εἴρηται, δτὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πρεσβύτου Ἀπολλιναρίου ἐξήχηται ὁ λόγος, ἢ ἀπὸ τινῶν τῶν αὐτῷ μεμαθητευμένων· καὶ ἀμφιβάλλω.

PG 42, 705 V. [...] Κενὸν γάρ τι ἀκούων περὶ τῆς ἀγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου τινὰ διανοεῖσθαι, καὶ τολμᾶν βλάσφημόν τινα ὑπόνοιαν ἐπ' αὐτὴν ἐνσκήπτειν, εἰς τὸ ἐκ πανταχόθεν εἶναι τὸν χρόνον ἡμῶν δίκην κακοῦ δφεως, θηρὸς λιονόλου ἐν σκότῳ ἐμφωλεύοντος, καὶ τοῖς δήγμασι πάντας πειράζοντος,

est. Utrumnam proprie Deum Verbum Deique Filium existimas e coelo descendenter carnem sumpsisse de Virgine? Magna ille cum gravitate assensus est. Ea res nobis summae voluptati fuit. Quippe a discipulis illis, quos in Cyprum ad nos venisse antea narravimus, eiusmodi esse dogma illorum audieramus, Christi carnem e Maria nullo modo esse susceptam. Quarē cum religiosissimus iste Vitalis Dominum nostrum Iesum Christum carnem e Maria traxisse praedicaret, iterum a nobis interrogatus est num et animam indidem accepisset.

PG 42, 699 Haeres. LXXXVIII, I. [...] Etenim ex Antidicomarianitarum grege nonnulli, quasi praecipue quodam in Virginem odio suscepto, ut eius gloriam obscurarent, sive invidia, sive erroris tenebris obcaecati, quo mortalium animos inquinarent, eo temeritatis progressi sunt, ut sanctissimam Mariam post Christum in lucem editum cum viro suo Iosepho consuetudinem habuisse dicerent. Quam quidem opinionem, ut supra dixi, ab sene illo Apollinari, aut ab eius discipulis manasse praedieant, de quo nondum mihi liquido constat.

PG 42, 706 V. [...]<sup>1</sup> Nescio quem audio adversus sanctissimam perpetuamque Virginem Mariam meditari nonnihil, ac contumeliosa quadam opinione illius honorem incessere. Ex quo illud appetat, nostram

<sup>1</sup> Antidicomarianitae.

τὸν μὲν περὶ τὸ πρόσωπον, ἄλλον περὶ τὴν πτέρναν, ἔτερον περὶ τὴν χεῖρα·  
ίνα μηδένα λάθοι τὸ δῆγμα τῆς ἀπιστίας.

712 VI. Πόθεν αὕτη ἡ κακόνοια; Πόθεν ἡ τοσαύτη τόλμα; Αὐτὸ τὸ ὄνομα  
οὐ μαρτυρεῖ, οὐ πείθει σε, ὃ φιλόνεικε; Τίς ποτε, ἢ ἐν ποίᾳ γενεᾷ τετόλ-  
μηκε καλεῖν τὸ ὄνομα Μαρίας τῆς ἀγίας, καὶ ἐρωτώμενος οὐκ εὐθὺς ἐπή-  
νεγκε τὸ Παρθένον; ἐξ αὐτῶν γὰρ τῶν \* ἐπιθέτων ὄνομάτων καὶ τῆς ἀρετῆς \*708  
ὑποφαίνει τὰ τεκμήρια. Ἀξιώματα μὲν γὰρ ὄνομασιν εἰλήφασιν οἱ δίκαιοι  
ἐκάστῳ πρεπόντως, καὶ ὡς ἥρμοζε. Καὶ τῷ μὲν Ἀδραὰμ προσετέθη τὸ «φίλος  
Θεοῦ», καὶ οὐ διαλυθήσεται· τῷ δὲ Ἰακώβῳ, τὸ «Ἰσραὴλ» καλεῖσθαι, καὶ  
οὐκ ἀλλοιωθήσεται· καὶ τοῖς ἀποστόλοις, τὸ «βοανεργές», τουτέστιν, «υἱοὶ  
βροντῆς», καὶ οὐκ ἀποκαταλειφθήσεται· καὶ τῇ ἀγίᾳ Μαρίᾳ τὸ «Παρθένος»,  
καὶ οὐ τραπήσεται. Ἀχραντος γὰρ διέμεινεν ἡ ἀγία. Αὐτὴ ἡ φύσις οὐ διδάσκει  
ἥμας; Ὡ καινῆς μανίας! ὃ καινῶν πραγμάτων! Πολλὰ δέ ἔστιν ἔτερα, ἢ  
ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις οὐκ ἐτολμήθη τοῖς πατράσι. Νῦν δὲ ἄλλος μὲν  
βλασφημεῖ εἰς τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν, ἔτερα λαλῶν εἰς αὐτὴν  
τὴν θεότητα· ἄλλος δὲ ἐλλιπῆ ποιεῖται ἐν ἑαυτῷ τὴν τῆς πάσης ἔνσαρκου

hanc tempestatem letifero cuidam serpenti ac venenato esse similimam, qui in tenebris delitescens infestis morsibus appetat.

712 VI. Undenam vero haec improbitas emersit? Unde tanta pro-  
ruperit audacia? Nonne vel ipsum nomen abunde testificatur? Non  
tibi, homo pervicacissime, istud ipsum persuadet? Quis ullo tem-  
pore unquam exstitit, qui sanctae Mariae nomen \* appellare auderet,  
et non rogatus subinde Virginis vocabulum adiiceret? Nam in ad-  
iunctis istiusmodi vocibus virtutis indicia collucent. Quippe iustis  
omnibus, pro eo ac singulos decebat, sua cuique sunt dignitatis  
attributa nomina. Ita Abrahamo amici Dei titulus accommodatus  
est,<sup>1</sup> neque is unquam intercidet. Iacob vero *Israëlis*<sup>2</sup> cognomen  
sine ulla mutatione concessum. Apostoli quoque *Boanerges*, hoc est,  
*tonitruī filii*,<sup>3</sup> nominati sunt, nec ulla dies nomen istud obliterabit.  
Sic sancta Maria Virgo nuncupatur, nec appellatio ista aliquando  
commutabitur. Haec enim perpetuo incorrupta permansit. Cur igit-  
tur vos natura ipsa non docet? O inauditam insaniam! O praepo-  
steram novitatem! Multa sunt praeterea, quae priscis temporibus  
maiores nostri nequaquam aggressi sunt. Hodie vero aliis in as-  
sumptam a Christo naturam contumeliosus est, et inusitata quaedam  
de divinitate ipsa praedicat; aliis ipsum illud incarnationis  
negotium mancum atque imperfectum constituit; aliis resurrectione  
mortuorum offenditur; aliis denique aliud sibi ad oppugnandum

<sup>1</sup> Iac. II, 23.

<sup>2</sup> Gen. XXXII, 28.

<sup>3</sup> Marc. III, 17.

PG  
42, 705

PG  
42, 706

PG  
42, 707

παρουσίας πραγματείαν· ἔτερος δὲ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀσχάλλει τῶν νεκρῶν· ἕτερος δὲ μέρος. Καὶ ἀπαξαπλῶς, ὃ τῆς ἡμῶν τεθολωμένης γενεᾶς! ἡς ἡ ζωὴ ἐν κινδύνῳ διάκειται, ἐκ πανταχόθεν περιαντλομένη κακαῖς ὑπὸ διαβόλου ἐπισπορᾶς διανοημάτων τε καὶ λογισμῶν κακοπιστίας. Πῶς τολμῶσι τὴν ἄχραντον Παρθένον, καὶ τὴν οἰκητήριον καταξιωθεῖσαν γενέσθαι τοῦ Γίοῦ, τὴν εἰς ταυτὸ τοῦτο ἐκλεχθεῖσαν ἐκ τῶν μυριάδων Ἰσραὴλ, ὅπως σκεῦος καὶ οἰκητήριον ἡξιωμένος εἰς σημεῖον μόνον ὑπάρξῃ τοκετῶν;

PG  
42, 708

713

VII. "Ηκουσα γάρ παρά τινος, ὃς τινες τολμῶσι περὶ ταύτης λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν Σωτῆρα συνήφθη ἀνδρί. Καὶ οὐ θαυμάζω. 'Αεὶ γάρ ἡ ἄγνοια τῶν μὴ τὰ ὀκριδῆ ἐγνωκότων τῶν θείων Γραφῶν, μηδὲ ἴστορίας προσεγγισάντων, ἀφ' ἔτερων εἰς ἔτερα τρέπει, καὶ περισπῆ, τὸν ἀσπιδίον νοὸς βουλόμενόν τι περὶ τῆς ἀληθείας ἰχνηλατεῖν. Πρῶτον γάρ ὅτε ἡ Παρθένος παρεδίδοτο τῷ Ἰωσήφ, ακλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκασάντων αὐτὴν ἥκειν, οὐ παρεδόθη αὐτῷ εἰς συνάφειαν, εἰ δεῖ τὰ ἀληθῆ λέγειν, ἐπειδὴ χῆρος ἦν. 'Αλλὰ διὰ τὸν νόμον μὲν ἀνὴρ κέκληται τῆς αὐτῆς· κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν ἐκ τῆς τῶν Ιουδαίων παραδόσεως δείκνυται, ὡς οὐχ ἔνεκεν τοῦ ζευχθῆναι αὐτῷ παρεδίδοτο αὐτῷ ἡ Παρθένος, ἀλλ' ὅπως διαφυλαχθείη εἰς μαρτύριον τῶν ἐσομένων, ὅτι οὐ νόθος ἡ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας οἰκονομία ἐπεδήμησεν, ἀλλὰ μεμαρτυρημένη ἐν ἀληθείᾳ, ἐκτὸς

---

arripit. O turbulentum nostrum saeculum, in quo hominum vita summum in discrimen adducitur, quae undique pessimis a daemone propagatis opinionum erroribus ac perfidiae commentis obruitur! Quanam vero fronte incorruptam illam Virginem aggrediuntur, quae Dei Filii domicilium esse meruit, quae ex infinito Israelitarum numero ad id unum est electa, ut vas quoddam et habitatio uni esset divino partui consecrata?

PG  
42, 707

713

VII. Hoc enim certo ex auctore cognovi, nonnullos id de illa [Maria] affirmare ausos esse: postquam Salvatorem peperit, cum viro consuetudinem habuisse. Quod equidem minus admiror. Nam eorum inscitia, qui neque sacras Litteras accurate callent, neque in veterum historiarum lectione triti sunt, hos ipsos ab aliis ad alia transfert et abripit, cum ex ingenio suo ac mente veritatis vestigia consequantur. In primis itaque cum beata Virgo Iosepho tradita est, quo illam sortis necessitas adduxerat, nequaquam ei ad copulationem est concessa, si quod res est asseverare volumus, cum utique viduus esset.<sup>1</sup> Sed propter legem tamen vir illius appellatur. Porro ex iudaica traditione consequenter istud ostenditur, non, ut cum illo copularetur, Virginem ei fuisse traditam, sed ut ad futurorum testimonium servaretur, palamque fieret, susceptam hominis

<sup>1</sup> Usitatum ac tritum commentum (quod supra diximus) ex *apocrypho* Iacobi.

μὲν σπέρματος ἀνδρός, ἐν Πνεύματι ἄγιῳ οἰκονομηθεῖσα ἐν ἀληθείᾳ. Πῶς γάρ ἡδύνατο ὁ τοσοῦτος γέρων παρθένον ἔξειν γυναικα, ὃν ἀπὸ πρώτης γυναικὸς χῆρος τοσαῦτα ἔτη; Οὗτος μὲν γάρ ὁ Ἰωσήφ ἀδελφὸς γίνεται τοῦ Κλωπᾶ, ἣν δὲ νιὸς τοῦ Ἰακώβου, ἐπίκληγεν δὲ Πάνθηρ καλούμενου. Ἀμφότεροι οὗτοι ἀπὸ τοῦ Πάνθηρος ἐπίκληγεν γεννῶνται.

\* "Εσχε δὲ οὗτος ὁ Ἰωσήφ τὴν μὲν πρώτην αὐτοῦ γυναικα ἐκ τῆς φυλῆς \*709 Ιούδα, καὶ κυνίσκει αὐτῷ αὐτῇ παῖδας τὸν ἀριθμὸν ἑξ, τέσσαρας μὲν ἄρρενας, θηλεῖας δὲ δύο· καθάπερ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Μάρκον καὶ κατὰ Ἰωάννην ἐσαφήνισαν. "Εσχε μὲν οὖν πρωτότοκον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπικληθέντα Ὡβλίαν, ἐρμηνεύμενον τεῖχος, καὶ δίκαιον ἐπικληθέντα, Ναζωραῖον δὲ ὄντα, ὅπερ ἐρμηνεύεται ἄγιος. Καὶ πρῶτος οὗτος εἶληφε τὴν καθέδραν τῆς ἐπισκοπῆς, φεπίστευκε Κύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ· καὶ ἐκαλεῖτο «ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου». καθάπερ καὶ ὁ Ἀπόστολος συνάδει τούτοις, ὥδε που λέγων· «Ἐτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἴδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου», καὶ τὰ ἔξῆς. Ἀδελφὸς δὲ τοῦ Κυρίου οὗτος καλεῖται διὰ τὸ ὄμότροφον, οὐχὶ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ χάριν. Μαρία μὲν γάρ, ἀρμοσθεῖσα τῷ Ἰωσήφῳ, ἐδόκει γυνὴ εἶναι τοῦ ἀνδρός, μὴ ἔχουσα πρὸς αὐτὸν σωμάτων συνάφειαν· ἐκ ταύτης δὲ τῆς ὑποθέσεως ἡ γειτνίασις ἀγχιστείας τῶν νιῶν Ἰωσήφῳ πρὸς τὸν Σωτῆρα ἐν ἀδελφῶν τάξει κέκληται· μᾶλ-

a Deo naturam non adulterinam ac spuriam fuisse, sed certissimis suffragantibus testimoniis sine virili satu, Spiritus sancti vi et efficientia constitutam. Quomodo enim tam effetae senex aetatis virginem habere uxorem potuit, qui tot annis antea priori coniuge esset orbatus? Siquidem hic ipse Iosephus Cleophae frater, Iacobi filius cognomento Pantheris, fuit: ambo, inquam, illi Panthere patre nati sunt.

\* Caeterum Iosephus primam e tribu Iudee coniugem habuit, e \*710 qua sex liberos suscepit, mares quatuor, feminas duas<sup>1</sup> id quod Marci ac Ioannis Evangelia declarant. Primus ex omni stirpe natus illi filius est Iacobus, cognomento Oblias (quod *murum*, vel *castellum* interpretari licet), qui et iustus appellatus est, et Nazaraeus fuit, quod vocabulum *sanctum* significat. Idem ille primus episcopalem cathedram cepit, cum ei ante caeteros omnes suum in terris thronum Dominus tradidisset. Qui quidem Domini frater est vulgo nominatus. Quibus omnibus astipulatur Apostolus his verbis: *Alium autem ex apostolis vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.*<sup>2</sup> etc. Verum Domini ille frater ob communem educationem, non natura, sed gratia vocatur. Nam Maria cum Iosepho coniuncta, viri uxor esse videbatur, cum nullum inter ipsos corporum commercium in-

<sup>1</sup> Agitur semper de apocrypho.

<sup>2</sup> Gal. I, 19.

λον δὲ καὶ ἐλογίσθη. Ὡς γάρ καὶ αὐτὸς ὁ Ἰωσήφ, μὴ σχών κοινωνίαν πρὸς τὴν γέννησιν τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος, ἐν τάξει πατρὸς λογίζεται κατ’ οἰκονομίαν· καθὼς λέγει Λουκᾶς εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, ὅτι «'Ων υἱός, ὃς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ». Ὡς καὶ αὐτὴ ἡ Μαριάμ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ· «'Ιδού ἐγώ, καὶ ὁ πατήρ σου ἐζητοῦμέν σε ὀδυνῶμενοι». Τίς οὖν ἀν εἴποι τὸν Ἰωσήφ πατέρα τοῦ Κυρίου, ὃς οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἶχεν αἴτιον, μάλιστα τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἐκτὸς σπέρματος ἀνδρὸς ὑπαρχούσης; Ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκονομίας τοῦτον εἴληφε τὸν κλῆρον τὰ πράγματα.

\*712 \*IX. Πιόθεν γάρ οὐ δεῖξωμεν, ὅτι ἀγνῇ διετέλεσεν ἡ Παρθένος; Δειξάτωσαν ἡμῖν εὐθὺς, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κύησιν τινὰς ἐγένησεν ἡ Μαρία. Εἴπωσι τὰ ὄντα πλάττοντες οἱ πλαστουργοὶ καὶ ράψῳδοὶ τῆς ἀπάτης καὶ κακομηχανίας· καὶ οὐκ ἔχουσι δεῖξαι. Οὐ γάρ συνήρθη ἔτι Παρθένος· μὴ γένοιτο! Εἰ γάρ ἐγένησεν δεῖ ποτε σὺν αὐτῷ ὑπάρχουσα τῷ Σωτῆρι, ἀμα ἔλεγον καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς συνεῖναι. Πλανᾷ δὲ αὐτοὺς τὸ εἰρημένον· «'Ιδού ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἐστήκασι ζητοῦντές σε». Καὶ οὐκ οἴδασιν δὲ πρὸ τούτου ἥν γεγραμμένον· «"Οτι οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον

---

teresset. Ex quo illa Iosephi filiorum cum Salvatore propinquitatis affinitas est nata, quae fraternalm appellationem obtineret, vel ea potius necessitudine censeretur. Ut enim Iosephus ipse, licet nihil haberet cum Salvatoris secundum carnem origine commune, certa tamen providentiae ratione loco patris est habitus, quemadmodum Lucas evangelista de Salvatore ipso testatur: *Qui erat, inquit, filius, ut credebatur, Ioseph.*<sup>1</sup> Sed et Maria ipsa illum alloquens in Evangelio Lucae idem asserit: *Ecce ego et pater tuus dolentes quaerebamus te.*<sup>2</sup> Quis igitur Iosephum Domini patrem audeat dicere, quocum nullam principii aut causae rationem habebat, cum incarnatio ipsa sine virili semine perfecta administrataque fuerit? Sed, quod providentiae ratio postulabat, ea rebus est sors atque conditio tributa.

\*711 \*IX. Nam quae rationes ad illud ostendendum non suppeditant, beatam Virginem in castimonia perstitissem? Doceant nos illi, post Salvatorem in lucem editum ullos Mariam peperisse liberos. Dicant horum nomina, ac, si placet, configant fraudis ac versutiae omnis architecti. Sed illud demonstrare nunquam poterunt. Non enim ullam Virgo viri consuetudinem habuit. Absit ut habuisse putemus! Si enim aliquos liberos peperisset, quae cum Salvatore ipso versabatur assidue, una et ipsius filios vixisse dicerent. Sed hoc illis Evangelii dictum imposuit: *Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quae-*

<sup>1</sup> Lc. III, 23.

<sup>2</sup> Lc. II, 48.

εἰς αὐτὸν». Προθαίνοντες γάρ καὶ ἡμεῖς τῷ χρόνῳ, καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ὡς εὐτελῶς γεγραμμένοις, ἵδου κατὰ πᾶν ἐν αἰσθήσει γινόμενοι, εὐχαριστοῦμεν Θεῷ τῷ προασφαλισαμένῳ διὰ τῶν δοκούντων βραχέων ῥημάτων ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ παριστῶν πάσης Γραφῆς τὴν ἀλήθειαν. Ἀεὶ γάρ ἀκούοντες περὶ Ἰακώβου, ὅτι οὗτος ἀδελφὸς ἐκαλεῖτο τοῦ Κυρίου, θαυμάζοντες ἐλέγομεν, τίς ἡ χρεία; Νῦν δὲ ἔγνωμεν δὶ’ ἣν αἰτίαν, ὡς προεπεν ἡ θεία Γραφή ἀλλὰ πάντως ἵνα ὅταν ἀκούωμεν, ὅτι «'Ιδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἐστήκασι ζητοῦντες σέ», μάθωμεν, ὅτι περὶ Ἰακώβου λέγει, καὶ τῶν ἀλλων υἱῶν Ἰωσήφ, καὶ οὐ περὶ υἱῶν Μαρίας τῶν μὴ γινομένων. Δῆλον γάρ ἦν, ὅτι μείζων ἦν δὲ Ἰάκωβος τῇ ἡλικίᾳ κατὰ τὴν ἔνσαρκον τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Ἀδελφούς δὲ αὐτοὺς λέγει διελέγχουσα ἡ Γραφή, καὶ ὀνομαστὶ καλοῦσα Ἰάκωβον, καὶ Ἰωσῆ, καὶ Συμεὼνα.

\*X. [...] «Οὐδεὶς ταῦτα ποιῶν θέλει ἐν κρυπτῷ εἶναι. Εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτόν», οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἴπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς τοῦ Ἰωσήφ μηκέτι ὑπάρχοντος κατὰ τὸ σῶμα. Είτα δὲ ἐπ’ αὐτῇ τῇ τελειώσει, ὅτε δὲ Σωτὴρ ἐν τῷ σταυρῷ ἔστη-

*rentes te.<sup>1</sup> Nec illud animadvertisunt, quod antea scriptum est: Quoniam fratres eius non credebant in illum.<sup>2</sup> Enimvero nos progressu temporis instructiores redditи, cum aliquando sacras Litteras tam simpliciter scriptas esse miraremur, postquam penitus omnia pervidimus, Deo gratias agere coepimus, qui paucissimis quibusdam verbis eorum omnium, quae in sacris Litteris scripta sunt, munitam ac stabilitam veritatem exhibere voluit. Cum enim de Iacobo assidue illud audiremus, fratrem ipsum Domini vocatum fuisse, quid istud toties necesse foret repetere ad mirabundi quaerebamus. Nunc autem cur id in sacris Litteris ante sit inculcatum intelligimus. Videlicet ut cum audimus: Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quaerentes te, de Iacobo ac caeteris Iosephi filiis, non Mariae, qui nulli sunt, dictum illud esse doceamus. Neque enim dubium est, quin Iacobus, quo tempore Christus in hoc mundo versabatur, esset aetate proiectior. Caeterum fratres ipsos Scriptura vocat, contrarias haereses tacite redarguens, ac nomina illorum exprimens: Iacobum, Iose, Symeonem [...]*

\*X. [...] *Nemo haec agens in occulto versari cupit. Si haec facis, praebe te manifestum.<sup>3</sup> Non dixit: Pater ipsius et fratres, sed fratres ipsius, eo quod Iosephus in corpore esse desiisset. Quin etiam in ipso vitae exitu, cum Christus in cruce penderet, ut in Ioannis Evan-*

<sup>1</sup> Lc. VIII, 20.

<sup>2</sup> Io. VII, 5.

<sup>3</sup> Io. VII, 4.

κεν, ὃς ἔχει τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον. «Στραφείς, φησίν, εἶδε τὸν μαθητήν, ὃν ἡγάπα ό Κύριος», καὶ εἶπεν αὐτῷ περὶ Μαρίας: «'Ιδού ἡ μήτηρ σου»· καὶ τῇ αὐτῇ λέγει· «'Ιδού ὁ υἱός σου». Εἰ ἡσαν δὲ τέκνα τῇ Μαρίᾳ, καὶ εἰ ὑπῆρχεν αὐτῇ ἀνήρ, τίνι λόγῳ παρεδίδου τὴν Μαρίαν τῷ Ἰωάννῃ, καὶ τὸν Ἰωάννην τῇ Μαρίᾳ; Τίνι δὲ τῷ λόγῳ Πέτρῳ μᾶλλον οὐ παραδίδωσι; τίνι δὲ τῷ λόγῳ Ἀνδρέᾳ, Ματθαίῳ τε καὶ Βαρθολομαίῳ; Άλλα δῆλον, ὅτι Ἰωάννην διὰ τὴν παρθενίαν· «'Ιδού γάρ ἡ μήτηρ σου». Καίτοι γε οὐκ ἦν μήτηρ αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου κατὰ σάρκα· ἀλλ' ἵνα δεῖξῃ αὐτὴν μητέρα ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας· ἐπειδὴ ἔξ αὐτῆς ἡ ζωὴ ἦν· καὶ τῷ Ἰωάννῃ, καίτοι γε ὅντι κατὰ σάρκα ἀλλοτρίω, ἔλεγεν, ἵνα διδάξῃ τιμῆν τὴν ἴδιαν αὐτοῦ μητέρα, ὅτι τῷ μὲν ὅντι κατὰ σάρκα ἔξ αὐτῆς αὐτὸς ὁ Κύριος γεγέννηται, ἵνα μή τις νομίσῃ δόκησιν εἶναι τὴν πραγματείαν, καὶ οὐκ ἀλήθειαν. Εἰ μὴ γάρ ἦν αὐτοῦ ἀληθῶς μήτηρ κατὰ σάρκα κυήσασα αὐτὸν, \* οὐκ ἂν περὶ αὐτῆς τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο τὸ παραδοῦναι τὴν Ἀειπάρθενον, μητέρα μὲν γεγονοῦσαν διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἄχραντον δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν αὐτὸν τιμὴν, καὶ τὸ σκεῦος τὸ θαυμαστόν. Λέγει δὲ τὸ Εὐαγγέλιον· «Καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἔκεινης ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν». Εἰ δὲ εἶχεν ἀνδρα, εἰ εἶχεν οἰκον, εἰ εἶχε τέκνα, εἰς τὰ ἴδια ἀνεγάρει, οὐ πρὸς τὸν ἀλλότριον.

\*716

gelio scriptum est.<sup>1</sup> *Conversus*, inquit, *vidit discipulum, quem diligebat Dominus*, eique de Maria dixit: *Ecce mater tua*; tum matri: *Ecce filius tuus*. Atqui si Maria liberos habuisset, aut superstes vir eius fuisset, cur illam Ioanni, Ioannem illi commendaret? Verum eur non Petro potius, vel Andreae, vel Mattheao Bartholomaeove commendat? Nimirum Ioanni propter virginitatem hoc tribuit: *Ecce, inquit, mater tua*. Quanquam si corpus consideres, Ioannis mater non erat, sed eam ipsam virginitatis esse principem significare voluit, quoniam ab illa vita processit. Ad haec Ioannem, licet alienus ac minime propinquus esset, verbis illis affatus est, uti matrem honorandam esse monstraret. Siquidem ex illa Dominus, quod ad corpus attinet, revera natus est, ne quis fortasse totum incarnationis negotium putet externa specie, non veritate constare. Nam nisi vere mater eius exstitisset, a qua carnem acceperat, quaeque ipsum pepererat, non tantam ei curam adhiberet, ut perpetuam Virginem commendaret; quae et mater ob susceptum ex ipsa corpus fuisset, \* et ob illius honorem atque admirabile corporis sui vas nullam labem admisisset. Sed pergit Evangelium, et, *Ex illa, inquit, die accepit eam discipulus ad sese*. Atqui si et virum haberet, et domum, et liberos, ad sua potius, quam ad alienum sese conferret.

<sup>1</sup> Io. XIX, 26 ss.

714

XI. Άλλὰ μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλάβην τισί, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμ-  
ῆάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἔσωτοῖς ἐπι-  
νοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. Ἐκεῖσε γάρ τὰ πράγματα ἐτελεῖτο, κατ’  
οἰκονομίαν δὲ διηρημένων τῶν πραγμάτων ἀπὸ τῆς ἄλλης ἀπάσης κατὰ  
Θεὸν ὀφειλούσης φυλάττεσθαι ἀκριθείας. Καὶ γάρ ὅτε τοῦτο γεγένητο, καὶ  
παρείληφεν αὐτὴν πρὸς ἔσωτόν, οὐκέτι παρέμεινε παρ’ αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ εἰ  
δοκοῦσί τινες ἐσφάλθαι, ζητήσωσι τὰ ἔχην τῶν Γραφῶν, καὶ εὑρώσιν ἂν  
οὔτε θάνατον Μαρίας, οὔτε εἰ μὴ τέθνηκεν, οὔτε εἰ μὴ τέθνηκεν οὔτε εἰ τέ-  
θαπται, οὔτε εἰ μὴ τέθαπται. Καίτοι γε τοῦ Ἰωάννου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐνστει-  
λαμένου τὴν πορείαν καὶ οὐδαμοῦ λέγει, ὅτι ἐπηγάγετο μεθ’ ἔσωτοῦ τὴν  
ἄγιαν Παρθένον· ἀλλ’ ἀπλῶς ἐσώπησεν ἡ Γραφὴ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ  
θαύματος, ἵνα μὴ εἰς ἔκπληξιν ἀγάγῃ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐγὼ γάρ  
οὐ τολμῶ λέγειν, ἀλλὰ διανοούμενος σιωπὴν ἀσκῶ. Τάχα γάρ που καὶ  
ἔχην εὑρομεν τῆς ἄγιας ἐκείνης καὶ μακαρίας, ώς οὔτε εὑρεῖν ἔστι τὸν θά-  
νατον αὐτῆς. Πὴ μὲν γάρ δὲ Συμεὼν φάσκει περὶ αὐτῆς· «Καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν  
ψυχὴν διελεύσεται ὁμορφία, ὅπως ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν δια-

714

XI. Vereor ne hoc ipsum quod dicimus fraudi sit aliquibus, ut ad contubernales ac dilectas quas vocant feminas retinendas (quod genus pessimo sibi animi errore machinati sunt), fucum inde aliquem et colorem arcessisse videantur. Verum illie certa quadam providentiae ratione administrata sunt omnia; ita ut totum hoc negotium ab aliorum omnium, quae ex Dei mandato praestanda sunt, officiorum lege esset ac necessitate seiunctum. Praeterea posteaquam illud ita gestum est, et ad sese illam accepit, non amplius apud ipsum permanxit. Quod si falso iactari quispiam a nobis existimet, licet sacrarum Litterarum vestigia consectari, in quibus nullam de Mariae obitu mentionem reperiet, mortua sit necne, sepulta an non sepulta fuerit. Ac cum Ioannes interim in Asiam profectus sit, nusquam tamen B. Virginem itineris comitem secum illum habuisse significat; sed de ea re penitus Scriptura conticescit, id quod propter admirationis vehementiam factum arbitror, ne hominum animos maiorem quemdam in stuporem coniceret. Ego enim pronuntiare illud vereor, et tacita apud me cogitatione reputans mihi silentium indico. Quippe haud scio an de sanctissima illa ac beatissima Virgine obscura quaedam inveniri vestigia possint, quae incertam nobis illius mortis fidem faciant. Nam ex una parte illud occurrit, quod de illa pronuntiat: *Et tuam ipsius animam pervadet gladius, ut retegantur ex multorum cordibus cogitationes.*<sup>1</sup> Aliunde vero

<sup>1</sup> Le. II, 35.

λογισμοί» πή δὲ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου φασκούσης, ὅτι καὶ ἔσπευδεν ὁ δράκων ἐπὶ τὴν γυναικα τὴν γεννήσασαν τὸν ἄρρενα, καὶ ἐδόθησαν αὐτῇ πτέρυγες ἀετοῦ, καὶ ἐλήφθη εἰς τὴν ἔρημον, ὅπως ἀν μὴ λάβῃ αὐτὴν ὁ δράκων. Τάχι δὲ δύναται ἐπ’ αὐτῇ πληροῦσθαι· οὐ πάντως δὲ δρίζομαι τοῦτο, καὶ οὐ λέγω, ὅτι ἀθάνατος ἔμεινεν· ἀλλ’ οὕτε διαδεῖαιοῦμαι εἰ τέθηκεν. Ὑπερέβαλε γάρ ή Γραφὴ τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐν μετεώρῳ εἶσε, διὰ τὸ σκεῦος τὸ τίμιον καὶ ἔξοχώτατον· ἵνα μὴ τις ἐν ὑπονοίᾳ γένηται περὶ αὐτῆς σαρκικῶν πραγμάτων. Καν τε οὖν τέθηκεν, οὐκ ἔγνωμεν· καὶ εἰ τέθαπται, οὐ συνῆπται σαρκί· μὴ γένοιτο! Τίς δὲ φρενοβλάσθειαν ἔσυτῷ συναγαγὼν θελήσει ἐνσκῆψαι βλάσφημόν τινα ὑπόνοιαν, καὶ ἀπάραι στόμα, χαλάσαι τε γλῶτταν, διελεῖν δὲ χειλη ἐκ διανοίας κακῆς; μᾶλλον δὲ ἀντὶ ὕμνων καὶ δόξης ὅδρεις τινὰς ἐπινοεῖν, καὶ ἐμπαροιεῖν εἰς τὴν ἀγίαν Παρθένον, καὶ μὴ τιμῆν τὸ τετιμημένον σκεῦος;

PG  
42, 725

**XVII.** Ἀλλὰ μὴ τις ἔκεινα ὑπονοείτω, καὶ ἐτέρως αὐτὰ ὑποσπείρειν ἔσυτῷ πειφώμενος, λεγέτω· Πῶς οὖν εἶπε τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι «Ἐνέρθη ἐν γαστὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἀγίου ἡ Μαρία, πρὶν ἡ συνελθεῖν αὐτούς»; Ἄρα οὖν

715

in Apocalypsi Ioannis legimus, draconem adversus mulierem properasse, quae marem pepererat: et datas ei esse pennas aquilae, et translatam esse in desertum, ne eam draco comprehendenderet.<sup>1</sup> Quod quidem in illa esse potest impletum. Quanquam illud non affirmo penitus; neque aut immortalem perseverasse definio, aut utrum mortua sit confirmare possum. Quippe Scriptura sacra, mentis humanae captum praetergressa, rem in incerto reliquit, propter vas illud eximium ac praestans, ne quis carnis propriam ullam ei foeditatem ascribat. Sive igitur mortua sit, nescimus, sive consepulta sit,  
<sup>\*717-718</sup> non tamen ullam est coniunctionem \* corporis experta: absit ut illud existimemus! Quis est autem, qui furorem sibi et insaniā ascens, tantam beatæ Virginis contumeliam velit imponere, et os suum adversus illam attollere, laxare linguam, ad pestiferam illam pronuntiandam sententiam labra diducere, pro laudibus ac praeconiiis probra contumeliasque comminisci, sacrosanctae insultare Virginis, vas illud denique omni honore dignum nullo honore prorsus afficere?<sup>2</sup>

PG  
42, 726

**XVII.** Sed vereor, ne quis illum ipsum errorem in animum inducat suum, aliaque ratione impulsus in seipso velut conserere conetur, atque in hunc modum ratiocinari velit: Quid est quod Evangelium narrat: *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto Maria, antequam convenienter?*<sup>2</sup> Utrumnam igitur conventio illa ac con-

715

<sup>1</sup> Apoc. XII, 13 ss.<sup>2</sup> Matth. I, 18.

προσεδοκᾶτο ἡ συνέλευσις, καὶ τούτου χάριν εἶπε· « πρὸ τοῦ συνελθεῖν »; Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ τὸ αὐτὸ πάλιν Εὐαγγέλιον φησι· (« Καὶ εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα πρὶν εἰσελθεῖν αὐτούς »· ἢ « Καὶ ἐγέννησε, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτήν »· ἢ « Καὶ ἐγέννησε τὸν οὐδὲν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ οὐκ ἤδει αὐτήν »)· « Καὶ οὐκ ἔγνω αὐτήν, ἔως ὅτου ἐγέννησε τὸν οὐδὲν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον ». Καὶ οὐκ οἴδασιν οἱ τὰς θεωρίας τῶν Γραφῶν διαιρεῖν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὰ μετέωρα καὶ βαθύτατα περιεργάζεσθαι ἐπιχειροῦντες, ὅτι ἡ θεωρία τοιούτον ἔχει τὸν τρόπον. Εἰ γάρ πάλιν ἐγέννησεν ἡ Μαρία, ἔδει καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν εἰπεῖν τὰ δύναματα. Εἰ δὲ ἐπειδὴ « πρωτότοκος ἐστι πάσης \* κτίσεως » \*728 ὁ Μονογενής, μὴ θορυβοῦ. Οὐ γάρ εἶπεν, ὅτι ἐγέννησε τὸν πρωτότοκον αὐτῆς, ἀλλ’ « Οὐκ ἔγνω αὐτήν, ἔως ὅτου ἐγέννησε τὸν οὐδὲν αὐτῆς ». Καὶ οὐκ εἶπε « τὸν πρωτότοκον » αὐτῆς, ἀλλὰ « τὸν πρωτότοκον ». Ἐπὶ μὲν γάρ τῷ οὐδὲν αὐτῆς ἐσήμανεν ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγεννῆσθαι· ἐπὶ δὲ τῇ « τοῦ πρωτοτόκου » ἐπωνύμιᾳ οὐκέτι τὸ « αὐτῆς » ἔθετο, ἀλλὰ « πρωτότοκον » μόνον. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένος Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, μὴ συνημμένος τῇ κτίσει, ἀλλὰ πρὸ κτίσεως γεγεννημένος. Οὐ γάρ εἶπε, πρωτόκτιστος,

gressus exspectabatur, ideoque, *antequam convenientire*, dixit? Praeterea in eodem Evangelio alio loco scriptum est (*Inuenta est in utero habens antequam convenientire*; vel: *Et peperit, et non cognovit eam*; sive: *Peperit filium suum primogenitum*,<sup>1</sup> et non cognoscebat ipsam): *Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum*.<sup>2</sup> Sed et illud homines isti non vident, qui se ea, quae in Scripturis tractantur, distinete explicateque disserere profitentur, ac sublimia illa altissimaque mysteria perscrutari student, hanc esse narrationis illius locique\* sententiam. Si enim Maria denuo peperisset, caeterorum Christi fratrum erant proferenda nomina. Quod autem primogenitus creaturae omnis<sup>3</sup> ille unicus appellatur, non est quod ea tres perturbet. Non enim dixit, peperisse illam primogenitum suum, sed hoc solum: *Non cognovit eam, donec peperit filium suum*. Ubi non *primogenitum suum*, sed *primogenitum* duntaxat appellavit. Nam hoc ipso, quod *filium suum* dixit, natum hunc ex illa, quod ad carnem pertinet, ostendit. Ad *primogeniti* porro vocabulum, non vocem illam, *suum*, adiunxit, sed *primogenitum* tantummodo vocavit. Hie est enim ille, quem Primogenitum creaturae omnis Apostolus nominat, qui cum creaturis caeteris minime coniungitur, sed ante eas omnes originem accepit. Neque enim, primo creatus, dixit, sed, *primogenitus*: adeo ut ad maiorem audientium fructum

\*727

<sup>1</sup> Lc. II, 7.<sup>2</sup> Matth. I, 25.<sup>3</sup> Coloss. I, 15.

ἀλλὰ «πρωτότοκος», διαιρουμένης τῆς ἀναγνώσεως ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ ἀσφαλέστερον, τοῦ πρῶτον μὲν λέγειν «πρωτότοκος», ἔπειτα ὑποθεθῆκυῖαν λέγειν τὴν κτίσιν. Τὸ μὲν γάρ «πρωτότοκος» ἐπὶ τοῦ Γίοῦ λαμδάνεται, ἡ δὲ κτίσις διὰ τοῦ Γίοῦ. «Ἐγένησε τοίνυν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον»· οὐκ αὐτῆς δὲ τὸ πρωτότοκον, ὃς αὐτῆς μελλούσης ἀλλον κυῖσκειν, «καὶ οὐκ ἥδει αὐτήν». Πόθεν γάρ ἥδει, ὅτι τοσαύτην χάριν λήψεται γυνή; Ἡ πόθεν ἥδει, ὅτι τοιαύτην δόξαν δοξασθήσεται παρθένος; Γυναῖκα μὲν ἥδει αὐτὴν τῇ πλάσει, καὶ θήλειαν τῇ φύσει, καὶ ἐκ μητρὸς Ἀννης, καὶ ἐκ πατρὸς Ἰωακείμου συγγένισσαν δὲ τῆς Ἐλισάδετ, ἐξ οίκου καὶ πατριᾶς τοῦ Δαθίδου οὐκ ἥδει δέ, ὅτι τοιαύτην δόξαν τιμηθήσεται τις ἐπὶ τῆς γῆς, μάλιστα γυνή. Οὐκ ἥδει οὖν αὐτήν, ἔως οὖν εἰδεις τὸ θαῦμα. Οὐκ ἥδει αὐτῆς τὸ θαῦμα, ἔως ὅτου εἰδεις τὸ γεγεννημένον ἐξ αὐτῆς. «Οτε δὲ ἔτεκεν, ἔγνω καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ τιμήν, ὅτι αὐτὴ ἦν ἡ ἀκούσασα· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ».

PG  
42, 728

716

**XVIII.** Αὕτη ἐστὶν ἡ παρὰ μὲν τῇ Εὔφη σημανομένη, δι’ αἰνίγματος λαβοῦσσα τὸ καλεῖσθαι μήτηρ ζώντων. Ἐκεῖ μὲν γάρ μήτηρ ζώντων κέκληται, καὶ μετὰ τὸ ἀκούσαι· «Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ», μετὰ τὴν παράδασιν. Καὶ ἦν θαῦμα, ὅτι μετὰ τὴν παράδασιν ταύτην τὴν μεγάλην ἔσχεν ἐπωνυ-

atque cautionem haec illo in loco discreta sint, ac *primogeniti* voce praemissa inferiorem deinde creaturam subiecit. Siquidem *primogeniti* nomen ad *Filiū* refertur; creatura per *Filiū* est producta. *Peperit* itaque *filium suum primogenitum*, non *primogenitum suum*, quasi alios postea paritura fuerit, et non cognoscebat illam. Qui enim nosse potuit tantum esse ei mulieri gratiae conferendum? Unde sciret, inquam, tam excellenti gloria virginem esse celebrandam? Quippe mulierem hanc a natura formatam, ac feminei sexus esse cognorat, atque ab Anna matre et Ioacimo patre genitam; Elizabethae cognatam, e domo Davidis ac familia: hoc vero nondum intellexerat, tantum illam in terris decus ac splendorem, et quidem feminam, esse consecuturam. Quocirca non cognovit illam, donec prodigium illud animadvertisit. Non cognovit quod in ea mirabile contigerat, donec natum ex ea *Filiū* vidit. Posteaquam vere peperit, habitum illi divinitus honorem agnoverit; eamque didicit his verbis ab angelo salutatam: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*<sup>1</sup>

PG  
42, 727

716

**XVIII.** Haec est quam adumbravit Eva, quae viventium mater quodam aenigmatis involuero nuncupatur. Siquidem Eva tum viventium est appellata mater, cum iam illud audiisset: *Terra es, et in terram reverteris*,<sup>2</sup> post admissum videlicet peccatum. Quod qui-

<sup>1</sup> Lc. I, 28.<sup>2</sup> Gen. III, 19.

μίαν. Καὶ κατὰ μὲν τὸ αἰσθητόν, ἀπ’ ἐκείνης τῆς Εὕας πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ γέννησις ἐπὶ γῆς γεγέννηται· ὅδε δὲ ἀληθῶς ἀπὸ Μαρίας αὕτη ἡ ζωὴ τῷ κόσμῳ γεγέννηται, ἵνα ζῶντα γεννήσῃ, καὶ γένηται ἡ Μαρία μήτηρ ζώντων. Δι’ αἰνίγματος οὖν ἡ Μαρία μήτηρ ζώντων κέκληται. Περὶ γάρ τῶν δύο γυναικῶν ἐλέχθη· «Τίς δέδωκε γυναικὶ σοφίαν, η̄ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην;» \*Ἐπειδὴ γάρ ἡ πρώτη σοφὴ Εὕα ὑφαίνουσα ἴματια τὰ αἰσθητὰ διὰ τὸν Ἀδάμ, δύνπερ ἐγύμνωσεν· αὐτῇ γάρ ἐδόθη οὗτος ὁ κάρματος. \*Ἐπειδὴ γάρ δι’ αὐτῆς ἡ γύμνωσις εὑρηται, αὐτῇ δέδοται ἀμφιεννύειν τὸ σῶμα τὸ αἰσθητὸν διὰ τὴν γύμνωσιν τὴν αἰσθητὴν· τῇ δὲ Μαρίᾳ δέδοται ὑπὸ Θεοῦ, διπας τέκη ἡμῖν ἀρνίον καὶ πρόσθατον, καὶ ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ ἀρνίου καὶ προδάτου γένηται ἡμῖν, ὡς ἀπὸ πόκου ἐν σοφίᾳ, δι’ ἀρετῆς αὐτοῦ ἔνδυμα ἀφθαρσίας. \*Αλλὰ καὶ ἔτερον περὶ τούτων διακοεῖσθαι ἔστι θαυμαστόν, περὶ τε τῆς \*Εὕας καὶ <sup>\*729</sup> τῆς Μαρίας. \*Η μὲν γάρ Εὕα πρόφασις γεγένηται θανάτου τοῖς ἀνθρώποις· δι’ αὐτῆς γάρ εἰσῆλθεν ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον· ἡ δὲ Μαρία πρόφασις ζωῆς, δι’ ἣς ἐγεννήθη ἡμῖν ζωὴ. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ Γίνος Θεοῦ παρεγένετο εἰς τὸν κόσμον· καὶ «Οὓς ἐπλεόνασεν ἡ ἀμαρτία, ὑπερεπερισσευσεν ἡ χάρις»· καὶ

dem admiratione dignum est, post illam offensionem, tam praeclarum ei cognomen attributum. Ac si exteriora duntaxat et sensibus obvia consideres, ab eadem hac Eva totius est in terris humani generis origo deducta. Revera tamen a Maria Virgine vita ipsa est in mundum introducta, ut viventem pariat, et viventium Maria sit mater. Quocirca viventium mater adumbrata similitudine Maria dicitur. Nam de duabus feminis dictum illud est: *Quis dedit mulieri sapientiam, aut variegandi scientiam?*<sup>1</sup> Etenim Eva illa prior sapiens mulier Adamo, quem ipsa nudaverat, aspectabilia quaedam vestimenta contexuit: quippe huiusmodi est labore damnata. Quod enim nuditas illius opera reperta fuerat, hoc eidem datum negotium est, ut ad externam nuditatem tegendam corpus istud, quod sensibus expositum est, veste conTEGERET. At Mariae divinitus illud obtigit, ut agnum nobis <sup>\*730</sup> atque ovem pareret; cuius ex splendore ac gloria, tanquam e vellere, per eiusdem virtutem immortalitatis nobis vestis sapienter est confecta. Aliud vero praeterea in utraque, Eva scilicet ac Maria, considerari potest, et quidem admiratione dignum: siquidem Eva generi hominum causam mortis attulit, per quam mors est in orbem terrarum inventa; Maria vitae causam praebuit, per quam vita est nobis ipsa producta. Ob id Filius Dei in hunc mundum advenit: et, *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.*<sup>2</sup> Unde mors accidit, vita illuc accessit, ut in mortis locum

<sup>1</sup> Iob XXXVIII, 36.

<sup>2</sup> Rom. V, 20.

όθεν γέγονε θάνατος, ἐκεῖ προέλαθεν ἡ ζωὴ, ἵνα ζωὴ ἀντὶ θανάτου γένηται, ἐκκλείσασα τὸν θάνατον τὸν ἐκ γυναικός, πάλιν δὲ διὰ γυναικὸς ἡμῖν ζωὴ γεγενημένος. Καὶ ἐπειδὴ ἐκεῖ μὲν ἔτι οὖσα παρθένος ἡ Εὔα ἐν παρεκβάσει παρακοῆς γέγονε, πάλιν διὰ τῆς Παρθένου γέγονεν ἡ ὑπακοὴ τῆς χάριτος, εὐαγγελισθείσης τῆς ἀπὸ οὐρανοῦ καθόδου ἐνσάρκου παρουσίας καὶ ζωῆς αἰώνιου.<sup>1</sup> Εκεῖ γάρ φησι πρὸς τὸν ὄφιν «Καὶ ἔχθρον θήσω ἀναμέσον σοῦ καὶ ἀναμέσον αὐτῆς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος σοῦ, καὶ ἀναμέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς». Οὐδακοῦ δὲ σπέρματα εὑρίσκεται γυναικός· ἀλλ’ ἡ κατὰ τὸ αἰνιγμα, ἐπὶ τῆς Εὔας λαμβάνεται ἡ ἔχθρα πρὸς τὰ ὑπὸ αὐτῆς γεννώμενα, τοῦ τε ὄφεως καὶ τοῦ ἐν τῷ ὄφει γενομένου διαβόλου καὶ φθόνου.

PG  
42, 729

717

**XIX.** 'Αλλ' οὖν γε κατὰ τὸ τελειότατον οὐ δύναται ἐν αὐτῇ τὸ πᾶν πληρωθῆναι· πληρωθήσεται δὲ ὡς ἀληθῶς ἐν τῷ σπέρματι τῷ ἀγίῳ, τῷ ἐξαιρέτῳ, τῷ μονωτάτῳ, τῷ ἀπὸ Μαρίας μόνον εὑρεθέντι, καὶ οὐκ ἀπὸ συζυγίας ἀνδρός. Οὗτος γάρ ἥλθεν ἀνελεῖν τὴν τε δύναμιν τοῦ δράκοντος καὶ σκολιοῦ ὄφεως φεύγοντας, καὶ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην κατειληφέναι λέγοντος. Διὰ τοῦτο παρεγένετο ἐκ γυναικὸς ὁ Μονογενής, εἰς ἀναίρεσιν μὲν τοῦ ὄφεως, τουτέστι τῆς κακοδιδασκαλίας, καὶ φθορᾶς, καὶ ἀπάτης, πλάνης τε καὶ ἀνομίας. Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ἀνοίγων μήτραν μητρός. Πάντες γάρ ὅσοι ἐγεν-

vita succederet, et illatam a muliere mortem ille ipse, qui e muliere, vita ut esset nostra, natus erat, excluderet. Quoniam vero cum adhuc virgo in hortis Eva degeret, per contumaciam apud Deum offenderat, ideo gratiae propria ab Virgine manavit obedientia, postquam circumfusi corpore Verbi sempiternaeque vitae de coelo est nuntiatus adventus. Nam illic ita serpentem Deus allquitur: *Inimicitiam ponam inter te, et inter illam; inter semen tuum, et semen illius.*<sup>1</sup> Atqui nusquam eiusmodi semen mulieris inveniri potest. Unde non aliter quam per adumbrationem ac similitudinem ad Evam hostiles illae inimicitiae referuntur, quas cum huius stirpe serpens ille, et qui in serpente inerat invidia flagrans diabolus, exercet.

PG  
42, 730

717

**XIX.** Plene quidem ac perfecte accommodari ad illam universam nequeunt; sed in sanctissima, eximia ac singulari stirpe, quae ab sola Virgine Maria, sine ulla viri consuetudine, propagata est, reipsa ac penitus impletur. Hic enim illius filius ad extinguendam serpentis ac tortuosi colubri fugacisque vim ac potentiam, qui se totum orbem terrarum dominatu suo comprehendisse iactabat, ad haec infima descendit. Propterea unicus e muliere Dei Filius processit, ut serpentem, hoc est impiae doctrinae corruptelam, ac frau-

<sup>1</sup> Gen. III, 15.

νήθησαν πρωτότοκοι, ἵνα καὶ σεμνότερον εἴπωμεν, οὐκ ἡδυνήθησαν τοῦτο πληροῦν, ἀλλ’ ἡ μόνος ὁ Μονογενῆς μήτραν παρθένον ἀνοίξας· ἐν τούτῳ γάρ μόνῳ τετελείωται, καὶ ἐν ἄλλῳ οὐδενί. Ἀλλὰ καὶ ἀπ’ αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔστιν ἴδειν. Ἀπὸ Μαρίας γάρ λαμβάνεται ἡ λέξις, καὶ περὶ τῆς Ἐκκλησίας ἔσται μοι τοῦτο λέγειν· « Ἔνεκεν τούτου καταλείψει ἀνθρώπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν ». Οὐ δὲ ἄγιος Ἀπόστολος φησι· « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἔστιν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ». Καὶ ὅρα μοι τὴν τῶν Γραφῶν ἀκρίβειαν· διτὶ ἐπὶ μὲν τῷ Ἀδάμ ἐπλασεν λέγων, ἐπὶ δὲ τῇ Εὔφ οὐκέτι πεπλάσθαι λέγων, ἀλλ’ οἰκοδομεῖσθαι. « Ἐλαθε γάρ, φησί, μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ὠκοδόμησεν αὐτῷ εἰς γυναικαν »· ἵνα δειξῃ τὸν μὲν Κύριον ἀπὸ Μαρίας ἀναπλάσαντα ἔαυτῷ σῶμα, ἀπ’ αὐτῆς δὲ τῆς πλευρᾶς οἰκοδομηθῆναι Ἐκκλησίαν, ἐν τῷ νυχθῆναι αὐτοῦ τὴν πλευράν, καὶ \* τὰ \*732 μυστήρια τοῦ αἵματος καὶ ὅδατος ἐν ἡμῖν λύτρα γενέσθαι.

XX. Ἀλλ’ ὅμως ἔγνω τὴν Μαρίαν ὁ Ἰωσήφ, οὐ κατὰ γνῶσιν τινα χρήσεως, οὐ κατὰ γνῶσιν κοινωνίας. Ἀλλ’ ἔγνω αὐτήν, τιμῶν τὴν ἐκ Θεοῦ τε-

dem, et errorem, ac pravitatem everteret. Hic est qui revera uterum Matris aperuit.<sup>1</sup> Nam quoteunque primogeniti illum antecesserant, ut honestissime dicam, istud ipsum efficere nequiverunt, sed solus hoc unicus Dei Filius obtinuit, in quo, caeteris exclusis omnibus, illud est perfectum. Sed ut alia praetermittam, vel ex eo ipso, quod modo tractamus, potest illud intelligi. Quippe ex Maria sumpta illa Scripturæ sententia est, quam ad Ecclesiam accommodare possumus: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae; et erunt duo in carnem unam.*<sup>2</sup> Apostolus vero: *Sacramentum hoc, inquit, magnum est. Ego autem dico in Christum et Ecclesiam.*<sup>3</sup> In quo accuratam sacrarum Litterarum diligentiam observare licet: quae cum de Adamo loquuntur, formandi vocabulum adhibent. Evam vero nequaquam formatam, sed aedificatam esse dicunt: *Sumpsit enim, inquit, unam e costis illius, et aedificavit ipsi in mulierem.*<sup>4</sup> Quo illud intelligeremus, Dominum sibi ipsi corpus \* e Maria finxisse; Ecclesiam vero ex ipso latere velut aedificatam fuisse, cum eius latus est cuspide sauciatum, ab eodemque sanguinis et aquae ad lotionem nostram profluxisse mysteria.<sup>5</sup>

XX. Iam vero quod Mariam Iosephus cognovisse dicitur, non ad usum aliquem corporis, atque usitatae consuetudinis referenda

<sup>1</sup> Exod. XIII, 2.

<sup>2</sup> Gen. II, 24.

<sup>3</sup> Ephes. V, 32.

<sup>4</sup> Gen. II, 21-22.

<sup>5</sup> Io. XIX, 34.

τιμημένην. Οὐ γάρ ἥδει αὐτὴν τοιαύτης δόξης οὖσαν, ἐως ὅτε εἶδε Κύριον ἐκ γυναικὸς γεγενημένον. Καὶ τὸ «Πρὸν ἡ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα», ἵνα μὴ ποτε κρατήσῃ ὁ λόγος τῶν νομιζόντων, ἐκ χοινωνίας ἀνδρὸς εἶναι τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκονομηθὲν μυστήριον. Ἔλεγε γάρ· Πρὸν ἡ τοῦτο γενέσθαι, ὅπερ προσεδοκᾶτο· οὐ γέγονε δὲ τοῦτο τὸ πρᾶγμα. Εἰ γάρ καὶ προσεδοκᾶτο ἡ Παρθένος τῷ Ἰωσὴφ εἰς συνάφειαν (ώς οὐδὲ ἐπεδέχετο διὰ τὸ γηραλέον), δῆμος προλαμβάνει ἡ Γραφή, καὶ ἡμῖν ὑποτίθεται, καὶ τὴν διάνοιαν ἐπασφαλίζεται, δυνατῆς οὖσης τῆς ὑποθέσεως, κατὰ τὸν θεῖον τόκον, πεῖσαι μηκέτι ἐγγίζειν ἀνδρὶ πρὸς συνάφειαν τῇ Παρθένῳ· ὡς καὶ ὁ ἄγγελος τὸν Ἰωσὴφ ἐπεισεις μὴ εἶναι τὴν ὑπόνοιαν, ἤνπερ αὐτὸς ἐνόμιζεν. «Οὐοιον γάρ τῷ προδρόμηντι· «Πρὸν ἡ συνελθεῖν αὐτούς», ὡς προσδοκωμένου, οὐ γενομένου δέ, τὸ «Δίκαιος ὁν ἔζητει μὴ παραδειγματίσαι αὐτὴν, ἀλλὰ λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτὴν», ὡς φαύλου μὲν γενομένου ἀπὸ τοῦ παραδειγματίσαι αὐτὴν, οὐ γενομένου δέ· ὡς ὁ ἄγγελος διδάσκει λέγων· «Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναικά σου», τὴν μηδέπω γενομένην, καὶ ἐν ὑπο-

ista cognitio est. Sed ideo cognovit, quod cui divinitus honorem haberi viderat, eamdem honore prosecutus fuerit. Neque enim tanto illam splendore ac gloria praeditam putaverat, donec e muliere natum Dominum animadvertisit. Quod autem scriptum est, *Antequam convenientirent, inventa est in utero habens*,<sup>1</sup> ob eam causam additur, ne illorum invalesceret opinio qui incarnationis mysterium arbitrantur virili opera interventuque perfectum. Hoc enim dicit: Antequam fieret istud, quod futurum exspectabatur, tametsi nunquam extiterit. Ut enim demus illud: Iosephum maritalem cum Virgine copulationem sperasse (quod quidem pro affecta iam illius aetate fieri minime poterat), tamen Scriptura ipsa praemunire nos, et admonere, ac cautores efficere voluit. Siquidem vel hoc ipsum, quod tunc temporis agebatur, divinus, inquam, ille partus abunde persuadere potest, sanctissimam Virginem nullius postea viri consuetudinem admisisse: quemadmodum angelus Iosepho de illius, quam animo conceperat, opinionis falsitate persuasit. Nam superioribus hisce verbis, *antequam convenientirent*, quibus res in exspectatione posita, non gesta, declaratur, simillimum est quod sequitur: *Cum esset iustus, noluit illam traducere, sed occulte dimittere*: quasi malus iam ob traductionem illam esset, cum non fuerit tamen. Perinde atque angelus docet iis verbis: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*, quae nondum coniux esset; quam tu violatae pudicitiae suspectam habes, licet talis minime sit, qualem arbitraris, etc. Nam subinde

<sup>1</sup> Matth. I, 18.

νοίκι σφάλματος παρὰ σοὶ ἔστιν, ἀλλ' οὐδὲ οὕτως οὕσῃ, ὡς οἰει, καὶ τὰ ἔξης. Εὔθυς γάρ ἀκολούθως λέγει· «Τὸ γάρ γεννηθὲν ἐν αὐτῇ», ὡς ἥδη γεγεννημένου. Πάλιν δὲ τό· «Τέξεται υἱόν», ὡς ἐπὶ μέλλοντος. Οὕτως γάρ ἦν· διὰ δὲ τὸ πεπιστῶσθαι, ἡ προαναφώνησις· ὡς καὶ τὸ «Πρὶν ἡ συνελθεῖν»· ἀρκούμενοι, διὰ οὐδὲ διὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς περὶ τὴν Παρθένον γνώσεως πρὸς Θεὸν τετιμημένης.

718 **XXI.** Μὴ νομίσῃ δέ τις ἐκ τοῦ λέγειν· «Πρὸ τοῦ συνελθεῖν αὐτούς», διὰ PG 42, 732 μετέπειτα συνηλθον. Οὔτε γάρ ἔχει τις δεῖξαι, ἢ σημᾶναι· ἀλλ' ἵνα δεῖξῃ ἄχροντον τὴν κύησιν τοῦ Σωτῆρος, τοῦτο ἡ Γραφὴ ἔθεσαί τοι. Τὸ οὖν· «Οὐκ ἔγνω αὐτήν», διὰ τὴν δόξαν· τὸ δὲ πρωτότοκον, ἐπειδὴ πρωτότοκός ἔστι, πρὶν ἡ τὰς κτίσεις εἶναι, καὶ «πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς», κατὰ τὸν Ἀπόστολον, οὐ κατὰ τὸν ἀπὸ Μαρίας, ὡς ἄλλων υἱῶν ἀπὸ αὐτῆς ὄντων, ἀλλ' ἐν τοῖς καταξιωθεῖσι λαβεῖν δι' αὐτοῦ τὴν υἱόθεσίαν, διὰ τοῦτος αὐτῆς γέγονεν ἀληθῶς κατὰ σάρκα, ἵνα μὴ δόκησις ὑποληφθείη. Ἀλλὰ καὶ πρωτότοκος, καὶ υἱὸς αὐτῆς τῆς Παρθένου, οὐ διὰ τὸ αὐτὴν ἄλλους υἱούς, ὡς ἔφην, \*ἔχειν. "Ομοιον γάρ ἔστι τοῦτο τῷ πρώτῳ πρὸ τῆς ἐνδημίας. 'Ο γάρ PG 42, 733

in consequentibus addit: *Quod enim natum est in ipsa*, quasi iam esset natum. Illud vero, *Pariet filium*, ad futurum tempus refertur. Ita enim se res habebat; sed ad fidem stabiliendam prius illa denuntiatio facta est: cuiusmodi et illa verba sunt: *Priusquam convenirent*. Ubi sufficere nobis debet, nunquam istud omnino esse factum: *Donec peperit filium suum primogenitum*: quod eumdem sensum habet, et ad admirabilem de Virgine cognitionem refertur, cui summus honor a Deo tribueretur.

718 **XXI.** Verum ne quis ex eo quod scriptum est, *Antequam convenirent*, convenisse postmodum arbitretur, nihil eiusmodi demonstrare vel declarare quispiam potest; sed ut labis omnis expertem, et maculae Salvatoris nostri partum ostenderet Scriptura, illud asseruit. Quamobrem istae voces, *Non cognovit eam*, ad illius gloriam spectant. Primogenitum vero nominat, eo quod ante creatas res omnes genitus est, et ut ait Apostolus: *Primogenitus in multis fratribus*:<sup>1</sup> non respectu ad Mariae liberos habito, quasi alios illa pepererit; sed ad eos omnes, qui adoptionem illius beneficio consecuti sunt, cum Mariae filius secundum carnem revera \* fuit, ne adumbrata solum species esse videretur. Igitur primogenitus ac Virginis ipsius filius appellatur, non quod alios, uti dixi, liberos pepererit. Etenim est quiddam in eo genere ei simile, quod incarnationem antecessit. PG 42, 731 \*734

<sup>1</sup> Rom. VIII, 29.

Πρωτότοκος δν ἀληθῶς Πατρὸς δν πρὸ πάσης κτίσεως, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἄλλους μετ' αὐτὸν ἐκ Πατρὸς γεγεννῆσθαι λέγεται πρωτότοκος· οὐ γάρ ἔστιν αὐτῷ ἀδελφὸς δεύτερος, διότι μονογενής. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἑνοάρκου παρουσίας ἀεὶ καὶ πρωτότοκός ἐστι Μαρίας· ἀλλὰ μονογενῆς τῇ Μαρίᾳ πέφυκε, μὴ ἔχων δεύτερον ἀδελφὸν ἀπ' αὐτῆς. Καὶ παύσωνται οἱ καθ' ἔστιν μεμηχανημένοι τὰ βλασφεμὰ μᾶλλον ἡπερ τὰ πρὸς ὀφέλειαν· μὴ παρακαλῶ. Ὁ τιμῶν Κύριον, τιμᾶ καὶ ἀγιον· ὁ δὲ ἀτιμάζων ἀγιον ἀτιμάζει καὶ τὸν ἔστιν Δεσπότην. "Ἐστω Μαρία παρ'" ἔστι τῇ ἀγίᾳ Παρθένος, τὸ ἀγιον σκεῦος. Ταῦτα γάρ τὰ πρὸς βλάβην ἡμᾶς οὐκ ὀφελεῖ.

PG  
42, 736

719

**XXIII.** Οἱ μὲν γάρ εἰς τὸν Γίὸν βλασφημοῦντες, καθάπερ μοι δν προδεδήλωται, φύσει ἀπαλλοτριοῦν αὐτὸν τῆς Πατρὸς θεότητος ἐφίλοτιμήσαντα· ἄλλοι δὲ πάλιν, ἑτέρως φρονήσαντες, ὡς δῆθεν τιμῆσαι περισσοτέρως προαγθέντες, τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα εἴπον, καὶ τὸν αὐτὸν Γίόν, καὶ τὸ αὐτὸν ἀγιον Πνεῦμα· ἐπὶ δὲ τοῖς μέρεσιν ἀμφοτέρους ἀνίστος ἡ πληρῆς. Οὕτω περὶ τῆς ἀγίας ταύτης καὶ μακαρίτιδος Ἀειπαρθένου, οἱ μὲν ἔξυδρίσαι τετολμήκασιν, ὡς συναφθεῖσαν αὐτὴν σαρκὶ μετὰ τὴν μεγίστην ἔκεινην καὶ ἀκραιφνῆ σικνονομίαν τοῦ Κυρίου, τῆς ἑνοάρκου αὐτοῦ παρουσίας· καὶ ἐστι τοῦτο πάσης μοχθηρίας δυσσεδέστατον. Ὡς δὲ τοῦτο φαμεν ἐνηχηθῆναι τινας οὕτω

Nam ut Primogenitus revera Patris ante creaturam omnem existuisse dicitur; neque tamen ideo, quod alii post ipsum a Patre geniti sint, primogenitus vocatur: non enim fratrem alterum habuit, quippe qui sit unigenitus. Ita et suscepto corpore Mariae primogenitus appellatur, tametsi unica eius proles exstiterit, neque secundus ex ea sit illi frater in lucem editus. Sileant itaque homines isti, qui ea sibi fingunt, quae perniciem magis, quam utilitatem ipsis afferunt; sed ille quaeso facessat error. Quicunque Dominum honorat, honorat et sanctum; qui ignominia sanctum afficit, eamdem et Domino suo ignominiam imponit. Sit in sese Maria sanctissima illa virgo, vasque illud sacrosanctum. Eiusmodi vero pestifera atque exitialia dogmata nullum nobis fructum afferunt.

PG  
42, 735

719

**XXIII.** Etenim qui in Filium contumeliosi esse voluerunt, ut antea declaratum est, abalienare ipsum a Patris divinitate studuerunt. Alii e contrario diversam in partem abeuntes, quo vehementius illum honorarent, eumdem esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum asserere ausi sunt. Utrobique vero insanabilis est ac mortifera plaga. Ita quod ad sanetam ac beatam illam Virginem pertinet, quidam contumeliosius in illam invecti sunt, ut, post summum illud et integrum incarnationis Domini mysterium, corporis eam commixtione pollutam dicerent: id quod omnem improbitatem impietatemque superat. Caeterum uti nonnullos tantum se in seclus

τετολμηκέναι ῥάστως ἐπιδοῦναι ἔκυτοὺς τῇ ἀμαρτίᾳ· οὕτω καὶ τὸ ἔτερον τεθαυμάκαμεν πάλιν ἀκηκοότες. "Αλλους γάρ πάλιν ἀφράίνοντας εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ἀγίας Ἀειπαρθένου ὑπόθεσιν, ἀντὶ Θεοῦ ταύτην παρεισάγειν ἐσπουδακότας, καὶ σπουδάζοντας, καὶ ἐν ἐμβροντήσει τινὶ καὶ φρενοθλαβείᾳ φερομένους. Διηγοῦνται γάρ, ὡς τινες γυναῖκες ἐκεῖσε ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἀπὸ τῶν μερῶν τῆς Θράκης τοῦτό γε τὸ κενοφώνημα ἐνηρόχασιν, ὡς εἰς ὄνομα τῆς Ἀειπαρθένου κοιλυρίδα τινὰ ἐπιτελεῖν, καὶ συνάγεσθαι ἐπιτυαυτό, καὶ εἰς ὄνομα τῆς ἀγίας Παρθένου ὑπὲρ τὸ μέτρον τι πειρᾶσθαι ἀθεμίτῳ καὶ βλασφήμῳ ἐπιχειρεῖν πράγματι, καὶ εἰς ὄνομα αὐτῆς ιερουργεῖν διὰ γυναικῶν· ὅπερ τὸ πᾶν ἐστιν ἀσεβές καὶ ἀθέμιτον, ἡλοιωμένον ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡστε εἶναι τὸ πᾶν διαβολικὸν ἐνέργημα, καὶ πνεύματος ἀκαθάρτου διδασκαλία.

- 720 **XXIV.** [...] "Ητοι γάρ ἀπέθανεν ἡ ἀγία Παρθένος, καὶ τέθαπται, ἐν PG 42, 737 τιμῇ αὐτῆς ἡ κοίμησις, καὶ ἐν ἀγνείᾳ ἡ τελευτή, καὶ ἐν παρθενίᾳ ὁ στέφανος· ἥτοι ἀνηρέθη, καθὼς γέγραπται· «Καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῆς διελεύσεται ῥομφαία»· ἐν μάρτυσιν αὐτῆς τὸ κλέος, καὶ ἐν μακαρισμοῖς τὸ ἄγιον αὐτῆς σωμα· δι' ἣς φῶς ἀνέτειλε τῷ κόσμῳ· ἥτοι δὲ ἔμεινε. Καὶ γάρ οὐκ ἀδυνατεῖ τῷ Θεῷ πάντα ποιεῖν, δσαπερ βούλεται· τὸ τέλος γάρ αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω. Πέρα τοῦ δέοντος οὐ χρὴ τιμῆν τοὺς ἀγίους, ἀλλὰ τιμῆν τὸν αὐτῶν Δεσπό-

---

commisso didicimus, sic non sine ingenti admiratione aliud quidam accepimus: nonnullos videlicet in iis, quae ad sanctissimam Virginem spectant, eo amentiae progressos, ut pro Deo nobis illam obtrudere vellent, ac de ea velut mente capti et furiosi loquerentur. Ferunt enim mulierculas quasdam in Arabia, quo e Thracia profectae erant, novum illud dogma commentas fuisse: adeo ut in Virginis nomen et honorem collyridem sive tortam panis sacrificantes offerant et conventus habeant: in sanctissimae, inquam, Virginis nomen modum omnem praetergressos, nefariam rem, et cum Dei contumelia coniunctam aggredi, hoc est in illius nōmen per mulieres sacrificia facere. Quod quidem impium ac scelestum est, et a sancti Spiritus doctrina prorsus alienum.

- 720 **XXIV.** [...] Sive mortua est Virgo sanctissima ac sepulta, summo cum splendore coniuneta mors illius est, et castissimus exitus, ac virginitatis ei corona concessa; sive imperfecta, ut indicare Scriptura videtur his verbis: *Et ipsius animam penetrabit gladius*,<sup>1</sup> gloriam martyres inter ac decus obtinet, et sacrum illius corpus omni felicitate cumulatum est; per quam mundo lumen illuxit. Potest denique et in vita mansisse. Potest enim Deus quidquid libuerit

<sup>1</sup> Le. II, 35.

την. Παυσάσθω τοίνυν ἡ πλάνη τῶν πεπλανημένων. Οὔτε γάρ θεός ἡ Μαρία, οὔτε ἀπ' οὐρανοῦ ἔχουσα τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐκ συλλήψεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός, κατ' ἐπαγγελίαν δέ, ὥσπερ ὁ Ἰσαάκ, οἰκονομηθεῖσα. Καὶ μηδεὶς εἰς ὅνομα ταύτης προσφερέτω· ἔαυτοῦ γάρ τὴν ψυχὴν ἀπόλλει· μῆτε πάλιν ἐμπαρούντων ἔξυθρίζων τὴν ἀγίαν Παρθένον. Μὴ γάρ γένοιτο! οὐ συνήρθη σαρκὶ μετὰ τὴν κύρσιν, οὐδὲ πρὸ τῆς κυήσεως τοῦ Σωτῆρος.

PG  
42, 740

**LXXIX.** I. Ἐξῆς δὲ ταύτη εἰς φήμην πέφηνεν αἱρεσίς, περὶ ἡς ἡδη ὑπευνήσαμεν διάγω ἐν τῇ πρὸ ταύτης διὰ τῆς εἰς Ἀραβίαν γραφείσης ἐπιστολῆς, τῆς περὶ τῆς Μαρίας ἔχοντης. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ αἱρεσίς πάλιν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἀπὸ τῆς Θράκης καὶ τῶν ἄνω μερῶν τῆς Σκυθίας ἀνεδειχθη, καὶ εἰς ἡμῶν ἀκοὰς ἀνηνέχθη· ἦτις ἐστὶ καὶ αὕτη γελοῖος καὶ χλεύης ἐμπλεως παρὰ τοῖς συνετοῖς εὑρισκομένη. Ἀρξόμεθα περὶ αὐτῆς φωρᾶσαι, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν διηγήσασθαι. Εὐηθείας γάρ μᾶλλον κριθήσεται ἡπερ συνέσεως αὕτη· καθὼς καὶ ἄλλαι ὄμοιαι ταύτη ἡσαν. Ὡς γάρ ἄνω πολὺ διὰ τῆς πρὸς Μαρίαν ὕδρεως οἱ δόξαντες ταῦτα ὑπονοεῖν βλασφεράς ὑπονοίας σπείρουσι λογισμοῖς ἀνθρώπων· οὕτω καὶ οὗτοι ἐπὶ τῷ ἔτερον μέρος κλίναντες, ἐν ἀκρότητι βλάσφημα κα-

721

efficere; nam de illius exitu nihil certo constat. Porro ultra quam par sit sanctos venerari nefas est; sed illorum honorandus est Dominus. Quamobrem desinat tandem infeliciū ille hominum error. Neque enim Maria Deus est, neque de coelo corpus accepit, sed ab viro ac muliere genita, tametsi ex promissione, ut olim Isaacus, singulari Dei sit providentia concessa. Nemo vero in illius nomen sacrificium offerat, alioqui animae suae mortem atque exitium consiscet. Neque vero in sanctissimam illam contumeliose perbacchari audeat. Absit enim, ut post editum Salvatorem, aut ante partum, corpus cum ullo coniunxisse dicatur.

PG  
42, 739

**Haeres. LXXIX.** I. Post superiorem illam haeresin, proxime ad nos alterius cuiusdam fama perlata est, de qua paulo ante mentionem in epistola illa faciebamus, quam de Maria Virgine in Arabiam scripsimus. Haec enim haeresis in Arabiam e Thracia ac superiore Scythia diffusa ad aures nostras pervenit. Quae quidem apud prudentes homines ridicula ac ludibrio digna censemur. Sed nos errores illius detegere, ac quid ipsa profiteatur aperire conabimur; nec dubito quin stultitiae plurimum, sapientiae ne minimum quidem habere iudicetur: cuiusmodi caeteras omnes huic affines esse cognovimus. Nam ut paulo ante, qui superiorem illam sectam amplexi sunt, contumeliosas in B. Virginem opiniones hominum ingenii asperserunt; sic isti contrariam in partem declinantes, extremam in noxam ac perniciem inciderunt, ut gentilium

721

<sup>1</sup> Adversus Collyridianos qui Mariae sacrificia offerebant.

ταλαμβάνοντες· ὅπως κάκείνο τὸ παρά τισι τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων ἀδόμενον, καὶ ἐν αὐτοῖς πληρωθήσεται ἐν τῷ λέγειν· «Μακαρότητες ισότητες». "Ιση γάρ ἐπ' ἀμφοτέραις ταύταις τοῖς αἱρέσεσιν ἡ βλάβη· τῶν μὲν κατευτελίζοντων τὴν ἀγίαν Παρθένον, τῶν δὲ πάλιν ὑπὲρ τὸ δέον δοξαζόντων. Οὗτοι γάρ οἱ τοῦτο διδάσκοντες τίνες εἰσὶν ἀλλ' ἡ γυναικες; Γυναικῶν γάρ τὸ γένος εὐόλισθον, σφαλερὸν δὲ καὶ ταπεινὸν τῷ φρονήματι. Καὶ αὐτὸ γάρ \* ἔδοξεν <sup>\*741</sup> ἀπὸ γυναικῶν ὁ διάδολος ἔξεμεν· ὡς καὶ ἄνω παρὰ Κυντίλλῃ, καὶ Μαξιμίλῃ, καὶ Πρισκίλῃ περιγέλαστα τὰ διδάγματα, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Τινὲς γάρ γυναικες κουρικόν τινα κοσμοῦσαι, ἥτοι δίφρον τετράγωνον, ἀπλώσασαι ἐπ' αὐτὸν ὀθόνην ἐν ἡμέρᾳ τινὶ φανερῷ τοῦ ἔτους, ἐν ἡμέραις τισὶν ἥρτον προτιθέασι, καὶ ἀναφέρουσιν εἰς ὄνομα τῆς Μαρίας. Αἱ πᾶσαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥρτου μεταλαμβάνουσιν· ὡς ἐν αὐτῇ τῇ εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐπιστολῇ γράφοντες ἐκ μέρους περὶ τούτου διελέχθημεν. Νῦν δὲ σαφῶς τὰ περὶ αὐτῆς λέξομεν, καὶ τὰς κατ' αὐτῆς ἀνατροπάς, Θεὸν αἰτησάμενοι, κατὰ τὸ δυνατὸν παραθησόμεθα, ὅπως, τῆς εἰδωλοποιοῦ ταύτης αἱρέσεως τὰς δίζας ἐκτεμόντες, ἀπὸ τινῶν τὴν τοιαύτην λύσσαν καταλῦσαι ἐν Θεῷ δυνηθῶμεν.

722 IV. [...] Ναὶ μὴν ἄγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς Μαρίας· οὐ μὴν θεός. Ναὶ δὴ <sup>PG 42, 745</sup>

philosophorum celebre illud dictum in ipsis comprobetur: *Extremitates aequalitates esse*. Siquidem par et idem ex ambabus haeresibus detrimentum accidit, cum alii sacrosanetae Virginis dignitatem elevent, alii praeter modum ac rationem attollant. Nam quod ad posterius hoc dogma \* pertinet, quosnam, praeter mulierculas, auctores ac patronos habet? Quod genus lubricum, et in errorem proclive, ac pusilli admodum et angusti animi esse solet. Per eas itaque diabolus evomuisse illud videtur, idemque hac in parte fecisse, quod per Quintillam, ac Maximillam, et Priscillam in ridiculis illis disseminandis erroribus praestiterat. Etenim mulieres quaedam currum, sive sellam quadratam adornantes, ac linteo desuper extento, sollemni tempore, per aliquot dies panem proponunt, et in Mariae nomen offerunt. Tum ad unam omnes illo vescuntur. De quo in epistola illa, quam in Arabiam scripsimus, nonnihil disputavimus. Nunc vero accurati singula prosequemur, et qua ratione convincenda sit, implorata Dei ope, pro virili demonstrabimus, ut huius haeresis, quae idolatriae superstitione implicata est, succisis radicibus, tantam ex animis quorumdam insaniam ac rabiem divina ope facilius evellamus.

722 IV. [...] Sanctum erat Mariae corpus, fateor: non tamen deus <sup>PG 42, 746</sup>

• PG 42, 57, 133, 172, 237, 261, 309, 332, 377, 385, 437, 656, 657, 665, 668, 672, 677, 693, 721, 724, 725, 737, 748, 749, 848.

παρθένος ἦν ἡ Παρθένος καὶ τετιμημένη, ἀλλ' οὐκ εἰς προσκύνησιν ἡμῶν δοθεῖσα, ἀλλὰ προσκυνοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεγεννημένον, ἀπὸ οὐρανῶν δὲ ἐκ κόλπων πατρώφων παραγενόμενον. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον ἐπασφαλίζεται ἡμᾶς, λέγον, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φήσαντος, διὰ «Τί ἔμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; Οὕτω ἥκει ἡ ὥρα μου». Ἰναὶ ἀπὸ τοῦ «Γύναι, τί ἔμοὶ καὶ σοί;» μὴ τινες νομίσωσι περισσότερον εἶναι τὴν ἄγιαν Παρθένον, γυναικα ταύτην κέκληκεν, ὡς προφητεύων, τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς σχισμάτων τε καὶ αἱρέσεων χάριν· ἵνα μὴ τινες, ὑπερβολῇ θαυμάσαντες τὴν ἄγιαν, εἰς τοῦτο ὑποπέσωσι τῆς αἱρέσεως τὸ ληροαληγμα.

PG  
42, 752

723

VII. [...] 'Ἐν τῷδε Μαρίᾳ· ὁ δὲ Πατήρ, καὶ Γίος, καὶ ἄγιον Πνεῦμα προσκυνείσθω· τὴν Μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω. Οὐ λέγω γυναικί, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρί, Θεῷ προστέκταται τὸ μυστήριον. Οὔτε ἄγγελοι χωροῦσι δοξολογίαν τοιαύτην. 'Εξαλειφέσθω τὰ κακῶς γραφέντα ἐν καρδίᾳ τῶν ἡπατημένων· ἀμαρυούσθω ἐξ ὀφθαλμῶν τὸ ἐγκίσσημα τοῦ ζύλου· ἐπιστρέψῃ πάλιν τὸ πλάσμα πρὸς τὸν Δεσπότην. 'Εντρεπέσθω Εὔα μετὰ τοῦ Ἀδὰμ Θεὸν τιμῆν μόνον· μὴ ἀγέσθω τῇ τοῦ ὄφεως φωνῇ· ἀλλ' ἐμμενέτω τῇ τοῦ Θεοῦ

illa fuit. Eadem et virgo exstitit, minime tamen nobis ad adorandum proposita, sed eum adorans ipsum, qui e sua carne genitus, e coelo ac paterno sinu descenderat. Quare sanctum quoque nos Evangelium praemunire voluit, in quo ita Christus loquitur: *Quid mihi et tibi, mulier? Nondum venit hora mea.*<sup>1</sup> Ubi idecreo mulierem appellavit: *Quid mihi, inquit, et tibi, mulier?* ne quis B. Virginem excellentioris alicuius esse naturae erederet, eoque vocabulo quasi vaticinans ad ea schismata haeresesque refutandas usus est, quas in orbe terrarum olim excitandas cognoverat: nemo ut sacrosanctae Virginis vehementiori quadam admiratione permotus sese ad illius haeresis nugas ac deliria converteret.

PG  
42, 751

723

VII. [...] Honoretur sane Maria: Pater vero, Filius et Spiritus sanctus adorentur; Mariam adorare nemo velit. Non enim mulieri, ac ne viro quidem, sed uni Deo mysterium illud cultusque tribuitur: adeo ut nec angeli ipsi tanto honori pares esse videantur. Deleantur itaque, quae in miserorum hominum cordibus male sunt inscripta. Extinguatur penitus malus ille fetus ad infelicem arborem conceptus. Convertatur opus ipsum ad Dominum conditoremque suum. Evam cum Adamo coniuge ad Deum solum venerandum pudor tandem aliquando compellat; neve serpentis vox illam decipiat, sed in Dei mandato persistat: *De ligno ne comedas.*<sup>2</sup> Quanquam in ar-

<sup>1</sup> Io. II, 4.<sup>2</sup> Gen. II, 17.

προστάξει· «Μή φάγης ἀπὸ τοῦ ξύλου». Καὶ ἦν τὸ ξύλον οὐ πλάνη ἀλλὰ διὰ τοῦ ξύλου γέγονεν ἡ παρακοὴ τῆς πλάνης. Μή φαγέτω τις ἀπὸ τῆς πλάνης τῆς διὰ Μαρίαν τὴν ἀγίαν. Καὶ γάρ, εἰ καὶ ὠραῖον τὸ ξύλον, ἀλλ' οὐκ εἰς βρῶμα. Καὶ εἰ καλλίστη ἡ Μαρία, καὶ ἀρίστα, καὶ τετιμημένη, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι.

- 724 IX. [...] Καὶ πόσα ἔστι λέγειν! "Ητοι γάρ ὡς αὐτὴν προσκυνοῦντες τὴν Μαρίαν, αὐτῇ προσφέρουσι τὴν κολλυρίδα αἱ ἀργαῖ αὐται γυναῖκες" ἥτοι ὑπὲρ αὐτῆς προσφέρειν ἐπιχειροῦσι τὴν προειρημένην ταύτην σαθρὰν κάρπωσιν· τὸ πᾶν ἔστιν ἡλίθιον καὶ ἀλλότριον, καὶ ἐκ δαιμόνων κινήσεως, φρύαγμά τε καὶ ἀπάτη.

"Ινα δὲ μὴ παρεκτείνωμαι τῷ λόγῳ, ἀρκέσει τὰ εἰρημένα ἡμῖν. Ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ Κύριος προσκυνεῖσθω.

#### ANACEPHALAEOSIS<sup>1</sup>

- 725 Haeres. Lib. II, Tom. III, IV. [...] "Οτι ἀληθινὸς ἐγεννήθη Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου διὰ Πνεύματος ἀγίου, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός, ἀλλ' ἀπὸ αὐτῆς τῆς ἀγίας Παρθένου λαβὼν τὸ σῶμα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐν δοκήσει, σάρκα ἀληθινῶς, σῶμα ἀληθινῶς, σὺν ὅστεοις καὶ νεύροις καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις, μηδὲν ἀφ' ἡμῶν διηλλαγμένος, ἢ μόνον τὸ ἔνδοξον τῆς αὐτοῦ

bore ipsa nequaquam error fuit, sed per arborem contumaciae error admissus est. Perinde igitur nemo errorem illum degustet, qui Mariæ occasione conflatus est. Licet enim pulcherrima arbos esset, non tamen ad cibum constituta. Ita quamvis Maria vel optima fuerit, ac sancta, et honore dignissima, non idcirco tamen adoratione prosequenda.

- 724 IX. [...] Quam multa porro adversus illam haeresin disputari possunt! Nam aut Mariam ipsam adorantes collyridem huic otiosae mulieres offerunt; aut pro ipsa absurdam illam et ridiculam oblationem instituunt. Utrumque vero stolidum est, et a daemone profectum nihil praeter ostentationem fraudemque continet.

Ne sim longior, quae sunt hactenus dicta sufficient. Maria in honore sit, Dominus adoretur.

- 725 Haeres., Lib. II, Tom. III, IV. [...] Christum e Maria semper virgine revera natum esse credit, e Spiritu sancto, non ex virili semine, sed ex ipsamet sacrosancta Virgine; ac reipsa corpus, non specie duntaxat accepisse, carnem, inquam, veram, corpus verum cum ossibus ac nervis, reliquisque quae nobis insunt omnibus, nihil

<sup>1</sup> Ἀνακεφαλαίωσις probabiliter non est Epiphanii. Cf. Al 326; Cay I, 426; Bar II, 98; Qua II, 391.

ἀγιότητος καὶ θεότητος, καὶ σκεύους ἀγιωσύνης, καὶ ἀναμαρτήτως τὰ πάντα τελείως ἔχων. [...]

[...] τέλειος ἄνωθεν Θεός, οὐκ ἐλθὼν κατοικῆσαι ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' αὐτὸς ὅλος ἐνανθρωπήσας, οὐ τραπεῖς τὴν φύσιν, συμπεριειληφάς δὲ ἡμα τῇ θεότητι τὴν ἴδιαν ἐνανθρώπησιν. Ἐν μήτρᾳ Παρθένου γεγονώς ἐν ἀληθείᾳ, κυαφορθείς τὸν χρόνον, γεννηθείς διὰ γεννητικῶν πόρων ἀνεπαισχύντως, ἀχράντως, ἀμολύντως· ἀνατραφείς, καὶ ἐναγκαλισθείς ὑπὸ τε Συμεῶνος καὶ Ἀννης, βασταχθείς ὑπὸ Μαρίας, πεζεύσας, ὁδοιπορήσας, παιδίον γεγονώς, ἀνδρωθείς τῇ ἡλικίᾳ, τὰ πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἐν τελειότητι, ἐν ἀριθμῷ ἐτῶν λογισθείς, ἐν ἀριθμῷ μηγῶν ἐν κοιλίᾳ κυαφορθείς, «γενόμενος ἐκ γυναικός, γενόμενος ὑπὸ νόμου».

#### ANCORATUS (a. 374)

PG  
43, 76

726

**XXXII.** [...] Καὶ ἀδύνατον τοῦτο πληροῦσθαι εἰς ἄνθρωπον ψὺλόν, πληροῦται δὲ ἐν τῷ Θεῷ Λόγῳ καὶ Γίῳ Θεοῦ, ἐν τῷ εἰπεῖν· «Ἄνθρωπός ἐστιν», ἐν ἀληθείᾳ, «τίς δὲ γνῶσεται αὐτόν;» διτὶ Θεός ἐστι· διότι συμμετέχει καὶ ἄνθρωπος καὶ Θεός ἐστιν, ἄγνωστος ἀνθρώποις διὰ τὸ ἀκατάληπτον· ἄνθρωπος δὲ ἀπὸ Μαρίας ἐν ἀληθείᾳ δίχα σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένος. «Καὶ ἡ

ut a nobis ipsis, praeterquam excellenti quadam sanctitatis ac divinitatis gloria discrepet, tum quod sanctitatis vas sit. Habet autem omnia perfectissime citra peccatum. [...]

[...] Deus ab aeterno perfectus, qui non ut in homine habitaret advenit; sed Verbum ipsum hominem induit, non natura mutatum, sed eam quae hominis propria est, cum divinitate complexum. In Virginis utero revera genitus, suoque tempore in utero portatus, ac per genitales meatus in lucem editus sine ulla turpitudine, foeditate vel labore: post haec educatus atque a Symeone et Anna in ulnis gestatus: a Maria portatus, iter postea pedibus confecit, peregrinatus est, ad pueritiam pervenit, aetate corroboratus est, humana in se omnia perfecte nabuit, annorum numero census, mensium numero in praegnantis utero gestatus, *factus ex muliere, factus sub lege*.<sup>1</sup>

PG  
43, 75

726

**XXXII.** [...] Porro in homine mero verum istud esse non potest; in Deo Verbo, Deique Filio potest, cum ita dicitur, *Homo est, revera, quis vero cognoscet illum?*<sup>2</sup> Quatenus Deus est, propterea quod utriusque est naturae particeps; atque homo simul et Deus est, hominibus ignotus qui comprehendi non potest, homo vero ex Maria Virgine re ipsa sine virili satu genitus. *Virgo*, inquit, *in utero*

<sup>1</sup> Gal. IV, 4.<sup>2</sup> Ierem. XVII, 9.

παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει», τὸ γάρ μέλλον ἐκ τοῦ χρόνου ἐκήρυττεν ὁ προφήτης «Καὶ ἡ καρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει». Μέλλον γάρ τὸ «Τέξεται υἱόν». Εἰ τοίνυν παρθένος, οὐκ ἔξ ἀνδρῶν ἡ οἰκονομία τῆς κυήσεως, διὰ τὸ πρὸ τούτου τοῦ χρόνου εἰρῆσθαι τῷ Ἀχαζ· «Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον εἰς βάθος, ἢ εἰς ὑψος». Ὁ δὲ ταπεινοφρονῶν· «Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ οὐ μὴ πειράσω Κύριον τὸν Θεόν μου», φησί, παραιτησάμενος τὸ αἰτήσασθαι σημεῖον. Εὐθὺς δὲ διὰ τὸ μὴ αἰτήσασθαι αὐτὸν σημεῖον, δύο χαρίζεται ὁ τὰ μεγάλα δωρούμενος ἀνθρώποις Θεός δῶρα· ἀπὸ «ὑψοῦς», τὸν Λόγον ἰδίᾳ θελήσει, καὶ αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἰδίᾳ θελήσει πέμψας· ἀπὸ «βάθους» δέ, τὴν σάρκα εὐδοκίᾳ σὺν αὐτοῦ τῷ Λόγῳ οἰκονομήσας. Φησὶ γάρ υστερον· «Καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ»· οὐ γάρ εἶπε, καλέσω, ἀλλὰ «καλέσουσιν» ἀνθρώποις μὲν γάρ ἀπεκαλύπτετο Θεός, ὁ αὐτοῖς ἀγνοηθείς. Ἀλλ' οὐ προσφάτως λαμβάνει τὸ ὄνομα· οὐ γάρ εἶπε, καλέσω τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ἀλλὰ «καλέσουσι».

727       XLIX. [...] Εἰ γάρ Γίός ἐστι μονογενής, οὐκ ἔστι τις ἵσος αὐτοῦ, οὔτε ἀντιπαράθετος ὅμοιος ὁν τῷ Γίῳ ἐν νίοις Θεοῦ. Τούτους γάρ οἶδε κατὰ χάριν, ἐκείνῳ δὲ μὴ δυνάμενόν τινα ἔξισουσθαι, τῷ εἶναι αὐτὸν φυσικῶς

PG  
43, 104

*concipiet.*<sup>1</sup> Nam ad futurum tempus prophetae vaticinium pertinebat: *Et virgo in utero concipiet.* Futurum enim quiddam ista significant, *Pariet filium.* Quamobrem si virgo mater est, nequaquam a viro partus ille generatioque proficiscitur. Siquidem ante tempus istud dictum Achaz fuerat: *Pete tibi signum in profundo, aut in sublimi.*<sup>2</sup> At ille prae modestia ac demissione sui: *Non petam,* inquit, *et non tentabo Dominum Deum meum,* signum ullum postulare detrectans. Subinde igitur, quod nullum prodigium postulare vellet, duo quaedam munificentissimus in homines Deus dona largitur: primum e *sublimi* Verbum suum cum de sua, tum de Verbi ipsius voluntate misit: hinc e *profundo* carnis susceptae mysterium cum Verbo ipso communiter administravit. Quippe postea subiicit: *Et vocabunt nomen eius Emmanuel.* Non dixit, vocabo; sed, *vocabunt.* Hominibus enim qui ab ipsis ignorabatur patefactus est Deus. Sed non recenter vocabulum istud usurpavit, non enim dixit: vocabo nomen eius Emmanuel; sed, *vocabunt.*

727       XLIX. [...] Profecto si unigenitus est Filius, aequalis huic esse nemo potest, aut cum eo comparari qui *similis Filio sit in filiis Dei.*<sup>3</sup> Eiusmodi quippe gratia filios Scriptura commemorat, quorum nemo cum illo qui naturalis Filius est adaequari possit. Siquidem

PG  
43, 103

<sup>1</sup> Isa. VII, 14.

<sup>2</sup> Isa. VII, 11 ss.

<sup>3</sup> Ps. LXXXVIII, 7.

Τίν. Φανερὸν γὰρ πόθεν ἐκλεογισμένον, καὶ πόθεν ἐκλογή ἔτι πολλαὶ μυριάδες ἐπὶ τῆς γῆς ἥσαν, καὶ Μαρία μόνη εὑρε χάριν, καὶ ἐν αὐτῇ ἐξελέξατο τὴν ἀγίαν σάρκα, διὰ τοῦτο, ἐφ' ἣν ηὔδοκησεν, ὡς καὶ Δαβὶδ λέγει ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων τῶν εἰς τὸν Κύριον πεπιστευκότων, καὶ κατὰ χαρᾶς τοῖς ἔθνεσι τὴν αὐτοῦ χάριν ὑποδεικνύντων· «"Οτι ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν, τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ ἣν ἡγάπησε», τουτέστι τὸ ἀκραιφνὲς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ, ὅλου τοῦ Ἰακὼβ τὴν καλλονὴν, τὴν σάρκα τὴν ἀπὸ Μαρίας διὰ Πνεύματος ἀγίου ἐκλελεγμένην.

PG 43, 105 LI. Ἀλλὰ φησιν ὁ φιλόνεικος καὶ φιλόδιξος· Τί οὖν λέγεις; Τὸ σῶμα ἀπὸ Μαρίας δηλονότι ἀνειλημμένον; Μαρία δὲ τί; φησίν, ἀκτιστος ἢ κτιστός; Κτιστὸς δηλονότι, καὶ αὐτὸι λέγομεν, γεννηθεῖσα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Τὸ ἀπὸ Μαρίας οὖν τί λέγεις; προσκυνεῖς τὸν Σωτῆρα ἐν σώματι, ἢ οὐ προσκυνεῖς; Πῶς οὖν μὴ προσκυνήσω; Ἐὰν γὰρ μὴ προσκυνήσω, οὐκ ἔχω ζωήν.

PG 43, 157 LXXV. [...] Αὐτὸς γὰρ ὁ Σωτὴρ ὁ ἄγιος ἀπ' οὐρανῶν κατελθών, ὁ ἐν ἐργαστηρίῳ παρθένῳ καταξιώσας τὴν ἡμετέραν ποιήσασθαι σωτηρίαν, ὁ ἐκ Μαρίας αὗθις γεγεννημένος, διὰ Πνεύματος ἀγίου συλληφθείς, ὁ τὴν σάρκα λαβών, «ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος», ὁ μὴ τραπεῖς τὴν φύσιν, ὁ σὺν τῇ θεότητι

manifestum est unde electus sit, et unde electio habeatur. Infinita enim erant in terris millia: ex quibus Maria sola *gratiam invenit*:<sup>1</sup> ex qua propterea sanctissimam suam carnem elegit, *in qua sibi placuit*. Quemadmodum David ex apostolorum persona loquitur qui in Dominum crediderant, eiusque gratiam nationibus exteris praedicabant: *Quoniam subiecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris; speciem Iacob quam dilexit*,<sup>2</sup> hoc est sinceram eius speciem, ac totius Iacobi pulchritudinem, nempe carnem illam, quam e Maria per Spiritum sanctum sibi delegit.

PG 43, 106 LI. Urget vero pertinax et gloriae cupidus adversarius. Quid igitur dicas? Nonne corpus videlicet e Maria sumptum asseris? Cuiusmodi vero Maria fuit? Increata, an creata? Nos vero creatam fuisse confitemur, atque e viro feminaque genitam. Quod igitur originem a Maria traxit, cuiusmodi tandem esse statuis? Num Salvatorem adoras in corpore, an non adoras? Quo tandem pacto non adorem? Nisi enim adoravero, vitam non consequar.

PG 43, 158 LXXV. [...] Hic enim ille sanctissimus Salvator est, qui e coelo lapsus, in Virginis officina salutem nostram administrare dignatus est. Qui ex Maria genitus, atque per Spiritum sanctum conceptus est; qui carnem induit, et *Verbum caro factum est*; qui natura nihil

<sup>1</sup> Le. I, 30.

<sup>2</sup> Ps. XLVI, 4, 5.

λαβῶν τὴν ἀνθρωπότητα, τέλειος δὲ ἀπὸ Πατρός, ὁ τὴν τελείαν οἰκονομίαν πληρώσας, ἥλθεν εἰς τὸν κόσμον δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· ὁ τὴν σάρκα καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην λαβών, τέλειος δὲ παρὰ Πατρός, ἐνανθρωπήσας ἐν ἡμῖν οὐδὲ δοκήσει, ἀλλ᾽ ἀληθείᾳ, τέλειον εἰς ἔσωτὸν ἀναπλάσας ἀνθρωπὸν ἀπὸ Μαρίας τῆς θεοτόκου διὰ Πνεύματος ἄγιου.

- 730** LXXX. Ἀλλὰ τί οἱ τοιοῦτοι νομίζουσι λέγειν, ἐὰν εἴπωμεν τέλειον ἀνθρωπὸν <sup>PG 43, 168</sup> ἐκ Μαρίας τὸν Χριστὸν γεγονότα, ἦ ἐσχηκότα; Μή ὑπονοήσομεν αὐτὸν ἀμαρτίαις ὑποπεσόντα; Μή γένοιτο! «Ἀμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ». Εἰ γὰρ τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐνέπνευσε τοῖς ἀγίοις, καὶ ἐν οἷς ἐνέπνευσε μαρτυροῦνται ὅτι ἡσαν ἀγιοι, δίκαιοι, προθερηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἀμεμπτοι, πόσῳ γε μᾶλλον αὐτὸς ὅλως, «Ἐν φεύδοκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς», καν τε σάρκα ἀληθινὴν λάθη ἐκ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, καὶ ψυχὴν ἀνθρωπίαν ἀληθινῶς καὶ νοῦν καὶ εἶ τι ἐστὶν ἔτερον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, αὐτὸς ἐν ἔσωτῷ ἔχων τὰ ὅλα, κατεῖχε Θεὸς ὅν, μὴ μεριζόμενα πρὸς τὴν κακίαν, μὴ θρυπτόμενα ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, μὴ ἀλισκόμενα ἐν τῇ ἡδονῇ, μὴ ὑποπίπτοντα τῷ τοῦ Ἀδάμ παραπτώματι; Καὶ διὰ τοῦτο φησιν ὁ Ἀπόστολος· «Γενόμενος ὑπὸ νόμου»· καὶ

immutatus, ad divinitatem suam naturam hominis adiunxit, a Patre perfectus exsistens; qui ut functionem omnibus absolutam numeris expleret, propter nos ac propter nostram salutem descendit in mundum: qui humanam carnem atque animam assumpsit, a Patre perfectus exsistens; et in nobis homo non specie sola, sed veritate factus: adeo ut perfectum in sese hominem e Maria Dei genitricē per Spiritum sanctum effingeret.

- 730** LXXX. Quidnam autem afferre se isti posse putant, si perfectum hominem e Maria genitum esse Christum, aut mente praeditum asseramus? An periculum est, ne illum peccatis obnoxium fuisse suspicemur? Absit! *Peccatum quippe non fecit, nec inventus est dolus in ore eius.*<sup>1</sup> Nam si vim suam sanctis quibusdam viris afflaverit, qui propterea constanti testimonio sancti, iusti, et aetate sua provecti citra reprehensionem ullam vixisse dicantur, quanto magis ille ipse, *In quo omnis plenitudo divinitatis habitare corporaliter voluit,*<sup>2</sup> quamvis veram e Maria semper virgine carnem et humanam animam cum mente ac caeteris hominis partibus acceperit, in seipso ita continere omnia, utpote Deus, potuit, ut neque in nequitiam spargerentur, neque maligni hostis fraude deliciis infringerentur, neque voluptatum illecebris caperentur, nec Adami delicto subiicerentur? Ob id enim Apostolus dixit: *Factus sub lege;*<sup>3</sup> item: *Et ha-*

<sup>1</sup> I Petr. II, 22.

<sup>2</sup> Coloss. II, 9.

<sup>3</sup> Galat. IV, 4.

πάλιν· «'Ἐν σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἀνθρωπος». Τὸ δὲ σχήματι, καὶ τὸ ὑπὸ νόμουν, δι’ ἀμφοτέρων συναγόμενον, τελειότητα σημαίνει καὶ ἀπάθειαν· ἐκ τοῦ γενόμενος, τὸ εἶναι τέλειος· καὶ τοῦ ὑπὸ νόμουν, τὸ μὴ δοκήσει· καὶ τῷ σχήματι, τῆς ἰδέας τὸ βέβαιον· καὶ ἐκ τοῦ ὡς ἀνθρωπος, τὸ ἀναμάρτητον. Τούτων τοίνυν οὕτως ἔχόντων, μηδεὶς ἀπατάτω κενοῖς μύθοις. Εἰ γάρ ἀνωθεν γεννηθεὶς ἀπὸ Πατρὸς ἀληθινῶς, ἔγεννηθη καὶ ἀπὸ Μαρίας, καὶ ἄνω ἀληθεύει, καὶ κάτω ἀληθεύει.

PG 43, 185 XCII. Ἐὰν δέ τις σοφιζόμενος εἴπῃ· Αλλὰ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σῶμα ἔξαιρετον ἦν, διὰ τὸ μόνον συνειληφθαι ἀπὸ Μαρίας καὶ χωρὶς σπέρματος ἀνδρός· ἀλλ’ οὐδεὶς ἔχει τοῦτο εἰπεῖν, οὐδὲ ἀποδεῖξαι.

PG 43, 233 CXX. [...] Τὸν δι’ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, τουτέστι γεννηθέντα τελείως ἐκ τῆς ἀγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου διὰ Πνεύματος ἀγίου, ἐνανθρωπήσαντα, τουτέστι τέλειον ἀνθρωπον, λαβόντα ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ νοῦν καὶ πάντα, εἰ τί ἔστιν ἀνθρωπος, χωρὶς ἀμαρτίας, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός.

*bitu inventus ut homo.*<sup>1</sup> Quae verba, *habitu*, et *sub lege*, utrinque collecta, tam naturae perfectionem significant, quam expertem passionis statum. Etenim ex eo quod *factus* dicitur, perfectus fuisse declaratur; illud autem, *sub lege*, non ficte solaque specie hominem fuisse declarat; postremo *habitus* figurae constantiam; atque illud, *ut homo*, immunem a peccato conditionem demonstrat. Quae cum ita se habeant, nemo inanibus fabulis decipiatur. Nam si idem ille qui sursum vere est a Patre genitus, etiam a Maria genitus est, tam sursum, quam infra vere genitus est.

PG 43, 186 XCII. Quod si quis calumniari velit et obiiciat, Salvatoris nostri corpus eximiae cuiusdam fuisse conditionis, quod solum e Maria sine virili satu susceptum fuerit: nunquam illud affirmare vel demonstrare poterit.

PG 43, 234 CXX. [...] Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, hoc est, ex Maria semper virginе per Spiritum sanctum perfecte genitus, homo factus est, id est, perfectum assumpsit hominem, animam et corpus et mentem et omne quidquid homo est, excepto peccato, non e virili satu.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Philipp. II, 7.

<sup>2</sup> Homilia in laudem S. Mariae Deiparae (PG 43, 488 ss.) est apocrypha (cf. Al 327; Bar II, 99; Cay I, 427; Lau 161). Vide eam inter Homilias *Incerti Auctoris*